



DISPUTATIO APOLOGETICA DE SANGVINIS MISSIONE EX TALO.

CAPUT PRIMUM.

*Vtrum materialibus morbis inchoantibus,
aut partium superiorum, aut totius,
sit vena secunda ex talo.*

ANTIQUATAM illam opinionem, quam Arabes machinatur de sanguinismissione ex talo, omnibus materialibus morbis incipientibus, etiam Horatius Augenii nostro saeculo amplectitur, necnon mordicūs Argenterius, licet cum pluribus limitationibus, & antiquiores ipso suffragantur multi; novit eam Cornelius Celsus, sed non placuit, ut constabat ex lib. 2. suorum operum cap. 10. Noviter tamen Hispalenses Doctores intrepidè eandem opinionem stabilire conantur; adē ut inconcussa illa doctrina de venae sectione in brachiis ex Priscorum monumentis exhausta, quæ securissima fiducia à peritissimis, & cordatis Medicis exercebatur, jam jam in execrabilem audaciam degenerat, venam secando in talo, in omnibus materialibus morbis, eo solum ducti fundamento, quia ad partes infernas ex superioribus membris detrudit humores: Et quidem hoc tantum valuit apud plebeios, Barbitonfores, & imprudentes, & maleficas obstetrices, ut talis sectæ sint præcones. Quorum sequaces sunt innumeri Chirurgi, Medicorum nomen, & munus arripiere cupientes. Et quod detestabilius est, plures vulgares Medici hanc apocrifam, & temerariam opinionem insequantur, nullā limitatione, non absque ægrotantium injuria, infanticidium etiam procurantes, quoties in gravidis venam ex talo secare jubent, nullā attentâ circumstantiâ. Hinc ruralis vulgi voces, & ululatus in plausum hujus falsæ, & temerariæ assertio[n]is, necnon etiam in contemptum venæ sectionis ex cubito, quæ fœlici pace jam meritò fruebatur, quam Doctores Hispalenses deturbare aggredinuntur. Quare omni passione penitus destitutus in re ita gravi, quid sentiam, dicere non gravabor, in veritatis obsequium, & Christianæ nostræ Religionis cultum, Antiquorum sacraria devolvendo, necnon etiam litigiosas Controversias, quæ in hac re se offerunt, dissolvendo, caliginosas ignoran-

tia tenebras obumbrando, si non exactè, saltim pro viribus fideliter eliminando.

Ad arma ergo nos vocant Hispalensium Doctorum potissima fundamenta ex Antiquorum monumentis deducta, quibus suadere conantur, partium superiorum morbis inchoantibus venam esse secundam in talo, & minimè in brachiis, veluti in capitib[us] doloribus, phreneticis, lethargicis, apoplecticis, oculorum inflammationibus, & sic de omnibus capitalibus morbis; nec non etiam in morbis thoracis, & inflammationibus hepatis, & lienis, itenque in febribus, quæ sanguinis missionem exigunt, curationem incipiendam esse à venæ sectione ex talo.

Scrutemut igitur eorum fundamenta ex Gal. testimoniis deducta: Sit primum ex 5. lib. method. cap. 3. ubi sic fatur. *Revulsio verò, in his que suprà sunt omnibus deorsum semper agitur; sursum in iis, que sunt infra.* Ecce verba adducta planè demonstrare videntur, quod incipientibus morbis partium superiorum celebrari debet semper venæ sectio ex inferioribus partibus, ex talo videlicet, simili modo, & eodem fundamento ac si inferiores partes fluxione, aut inflammatione aliqua tententur; ex superioribus debet exerceri venæ sectio, ut revulsionis leges ritè serventur.

Validius in hujus opinionis Confirmationem adducitur authoritas ex eodem Gal. lib. 13. meth. cap. 5. perpendite verba. *Cogimur ergo aliis sanguinem mittere, idque aut venâ incisa: aut membris iis, quæ leſa non sunt scarificatis, manu enim laborante, scarificabis crura, altero crure malè habenie, reliquum scarificabis.* Galenus igitur revulsionis modum præscribens, in fluxione partis superioris (manus scilicet) ad crura jubet descendere, ut irruentes humores in partes superiores, deorsum trahat, & inflammationis supernæ incrementum jure optimo inhibeat: Rationalis ergo Medicus, partium omnium superiorum fluxionibus inchoantibus vestigia, & præcepta Galeni sequendo, meritò venam ex talo secare jubet, ut veram, & legitimam revulsionem exerceat, quæ impetum humorum prossus ad infernas partes detrudat, & superiores liberet.

Fulcitur hæc assertio ex Græcorum Coryphæ lib. de curand. ratione per sang. miss. cap. 19. ubi posteritati sequentia verba commendayit. *Quibus autem eximiè pars quæpiam (ubi prius evanescat non fuerint) infestatur, hand aquæ, liceat*

sicut ex quavis parte evacuationem moliri, verum sicut in iis, qui pati jam incipiunt: quā ratione podragicos, ex cubito evacuato; comitialibus verò morbis, & vertiginibus obnoxios, potius ex cruribus. En celebre testimonium, in quo licet de morborum præcautione loquatur, tamen ex ultimis verbis, planè infertur Magistrum docere, qualiter morbis incipientibus, Medicus se gerere debeat circa partem, ex qua vena secari debet; etenim imminentibus vertigine, seu epilepsia, & similibus affectibus, ut præcaveantur, minimè ex qualibet parte vena est scindenda, sed ex illa, ex qua secaretur si morbus jam generati inchoasset. Unde sic premo assumptum: Ergo si comitialibus morbis, & vertiginibus obnoxii venas tali jubet secare, quasi si pati inciperent: similes venae secari debent incipientibus prædictis affectionibus partium superiorum; ac per consequens non solum præcautionis gratiā, sed curativā indicatione, morbis partium superiorum inchoantibus, cordatus Medicus, & rationalis venam tali debet secare, & minimè brachiorum venas.

Acutissimus Neoteticus circa expositionem hujus textū fatetur, talem revulsionem in principio morborum partium superiorum esse indicatam, non tamen praesenti morbo ex talo esse celebrandam venae sectionem; quoniam obstat derivationis indicatio, cui etiam statim debetur satisfactio: quare si meram revulsionem praesenti morbo capitali permittimus, derivandi indicationem protrsū contemnimus. Cæterū capere minimè possim, quod talis revulsio mera in principio morbi sit indicata, & quod praesenti morbo non sit exercenda; etenim principium morbi minimè potest percipi, sine praesentia morbi, quippe pars morbi principium ejus est: ergo si in principio morbi est indicata revulsio mera ex tali celebrata sanguinis missione; praesenti morbo exerceri debet ex eadem parte, cum magis urget revellendi indicatio, quam derivandi. Consonat Galenus lib. de scarificat. cap. 4. per sequentia verba, *Capite affecto crura scarificamus*: ergo praesenti morbo capitali, meram revulsionem ex crure jubet fieri: idem ergo de venae sectione monet adimplere, morbis partium superiorum incipientibus, & praesentibus: ergo firma videtur Galen, doctrina adducta, & frivola textū citati expositio. Suffragatur adductæ doctrina Galenus lib. 13. meth. per illa verba satis trita, *siquidem longissimè à parte tentata fluxione id quod redundat revellere, &c.* Ergo supponit morbum praesentem ad meram & longissimam revulsionem, quandoquidem non potest verificari, quod pars aliqua sit fluxione tentata, quin sit morbo praesenti affecta; quo sit ut non solum in præcautione, sed in vera curatione morborum partium superiorum sit secunda vena ex tali, tanquam longissima à parte superiori tentata fluxione.

Altius etiam fulcite possumus assumptum ex ex Arabum Principe Avicennâ lib. 1. fen. 4. cap. 20. Audite verba: *Et ad summum quidem venarum pedis phlebotomia confert agritudinibus, quæ sunt ex materiis ad caput declinantibus.* Ulterius etiam idem Author lib. 3. fen. 1. tract. 1. cap. 29. ubi de affectuum capitalium medela sermonem instituit, sequentia verba posteritati commendavit. *Si sanguis quidem in toto est corpore, & in capite materia exuberans continetur, phlebotometur ce-*

*phalica; sed si nondum continetur, sed est in hoc, ut continueatur, minuatur nigra, seu media, & si timetur comprehensio, antequam incipiat pervenire, ad hoc ut continueatur, sicut si contingat, propter causam attrahentem humores in circuitu capitis ex calore extrinseco, aut percussione, aut reliquis, phlebotometur basilica; & si vis ut attrahatur plus illo phlebotoma saphenam, & cruribus ventosas appone supra claviculam, parum, & phlebotoma venas pedis. Quibus ultimis verbis clarissimè notificat sectionem venarum in pedibus majorem, & efficaciorem moliri attractionem in affectibus capitis, quam incisio venarum, quæ sunt in brachiis. Et cum textu antecedenti nuper citato, apprimè notificet, sectionem venarum pedis conferre, in ægritudinibus, quæ sunt ex materia ad caput declinantibus; infertur non dubie juxta Principis mentem morbis partium superiorum incipientibus, venas tali jure optimo secandas esse, ut humorum, qui caput repunt, fiat revulsio major, & major attractio. Consonat Hipp. 6. epid. sect. 2. sex. 7. sic. *Dissimilia verò si repant sursum elata, deorsum solvere, ut capitis purgatio, venæ sedatio.* Deorsum ergo debent transferri humores, si caput repant, per sanguinis missionem ex talo.*

Rationibus verò validare intendunt Hispalenses Doctores adductam opinionem; relictis tamen inutilibus ratiociniis, ad firmiora, & fortiora fundamenta properemus. Primum argumentum quod fortius dimicare videtur, ut suadeat hanc novam opinionem adducitur à Primario Doctore Ludovico Perez Ramirez, in hunc modum: nam in ægritudinibus partium superiorum, dum fluit humor, in contrarium membrum debet averti, seu in locum contrarium debet revelli; sed si in phrenitidis principio (exempli gratiâ) sanguinis missio fieret ex brachio, potius ad cerebrum convocatur humor, & minimè à cerebro avertitur: ergo inutiliter, & jugulando ærum, venam brachiorum secamus, secutiū ergo venam aperimus, quæ in tali residet, ut aversionem humoris à parte ita nobili lucremur. Major propositæ ratiocinationis inconcussa est apud omnes, qui Galeni vestigia mendicarunt: Minorem in qua est tota difficultas, sic suadere conatur: quia incipiente phrenitide, aut morbo quolibet capitali, si Medicus intenderet, mediæ venæ sectione, humorē ad cerebrum impellere, minimè id consequeretur venā sectâ in tali; quippe per eam humor potius à capite revellitur, sola ergo brachiorum vena incisa, id poterit præstare, ut humor impetuose in cerebrum moveatur, & veluti calcaribus impositis, cetiū ipsum impetrat, interitum brevissimè causando: infandus igitur erit error, in morbis partium superiorum, omissa revulsione, venas brachiorum tundere.

Præfatum argumentum Achillis instar pro sua opinione militare credit: quare in confirmationem minoris propositionis syllogismi adducti, sic premere conatur, communem opinionem: etenim incipiente phrenitide, si sanguis mittatur ex brachio, major copia sanguinis ad cerebrum, & ad partes vicinas ipsius attrahitur, quam per venæ sectionem fluere, & evacuari possit; majus ergo documentum lucrabitur, quam juvamen, si venam brachiorum aperiamus. Antecedens, in quo stat tota argumenti vis, sic suadere conatur. Quia sectâ venâ in brachio, eadem

eadem celeritate, quā sanguis extra movetur per scissoram, movetur etiam sursum per venam cavam, totus sanguis in ipsa inclusus: ergo dum emissio sanguinis duraverit magis, tanto major ipsius copia ad cerebrum convocatur, quam illa, quae per venæ sectionem extrahitur, quanto major sanguinis quantitas continetur in vena cava: igitur venæ sectio brachio in tali eventu potius erit valde nociva, cum ad cerebrum potius concitet humores, & minimè ab ipso retrahat fluxionem.

Altius eandem partem corroborare intendit citatus Doctor: Etenim sanguis ille, qui in magna copia usque ad jugulum per venam cavam fluit delatus, & per scissoram non potuit vacuari, necesse est, quod in cerebrum tantum in membrum debile irruat, naturā ipsa lacescit; siquidem per aliam exitum non habet; quippe non illicet, ac venæ incisæ clauditur foramen, impulsus, quo sanguis per cavam venam sursum movetur, cessat: ergo motus ille sursum durabit toto tempore, quo impulsus constiterit, ac per consequens humores illi supra commoti, cum exitum non habeant, (nam supponimus jam esse clausum venæ foramen) neque ad aliam partem possint facile decumbere; veluti necessarium videtur, ad cerebrum irruere, tanquam partem debilem, & proximiorem, & facile recipientem, præsertim cum non illicet iteramus venæ sectionem, sed frequenter in alterum diem, aut per plures horas disertetur; quo fit, ut intermedio illo tempore, cerebrum impotentes humores, morbum adaugeant, ipsumque contumaciorem, & prorsus indelebilem reddant: Ne igitur hæc accidant, satius erit, in his, & similibus occasionibus venam tali secare, quam brachiorum venas incidere, ut ex inde fluxionem in cerebrum concitatam ad partes inferiores detrudamus.

Addamus insuper pro corroboratione hujus particularis opinionis, fundamenta abditiora, tum ex autoritatibus, tum etiam ex rationibus efficacioribus denud machinatis: Sit prium testimonium, ex Arabum Principe Avicenna lib. 3. sen 10. tract. 5. cap. de pleuritide. Verba perpendite. Ex rebus communibus est phlebotomia, sed in principio ex latere diverso, & magis festina de sphenæ opposita in longitudine. In cuius textus expositione tanti Principis, expositores majoris notæ eandem insequentur opinionem. Videas obsecro Gentilem de Fulgin. & Jacobum de Partibus fideliissimos Interpretes, quos sequitur Gordonius part. 3. c. 9. ubi agens de curatione morbi lateralis, sic scripsit. In Pleurisi igitur corpore pleno, & virtute forti, sit primò phlebotomia secundum Avicennam de sphenæ ejusdem lateris, deinde si plenitudo adest, de basilica oppositi lateris, & tandem de basilica ejusdem lateris. Quibus verbis manifestissime constat apud omnes, qui Arabum doctrinam observant contra Græcorum placitum, inconcilisum esse in morbis fluxionis, sive partium superiorum, sive aliarum pattium, primò exercendam esse omnimodam revulsionem, venam secando in talo.

Suffragatur etiam Arabicæ opinioni doctissimus Trincavellius lib. 2. practic. cap. de generali curatione morborum capitalium, ubi sequentia notificavit verba. Et siquidem velim ingenuè, ut sentio, rem explanare, mihi quidem videtur metho-

dus hoc, quæ ab Arabibns novis traditur, non esse absurdæ, sed plurimum etiam rationi consonæ. Nec dissentit ab hac doctrina Galeni sectator Capivacius lib. 2. de affectib. medii ventris, imò ipsam quodammodo amplectitur, sic, Quo magis enim à longinquis attrahes, tanto magis revelles; efficacior enim est revulsio, quæ fit à longinquioribus partibus, ideoque interdum sufficit removere sanguinis imperum per solam sectionem sphenæ. Ecce Galeni fidelissimum sectatorem planè fateri interdum sectionem venæ in talo, sufficere solum ad inhibendam omnino fluxionem, removendo prorsus sanguinis impetum: meritò ergo videtur celebranda nostro seculo sectio sphenæ in omnibus morbis pattium superiorum, necnon etiam in omnibus morbis fluxionis, celebrando meram, & omnimodam revulsionem, ut impetum humorum in partem contrariam avertamus, ut fuso sanguine ex parte contraria distantiori, conquiescant omnino. Tuetur etiam eandem sententiam Leonardus Jachinus acerimus Galeni sectator, & defensor, & Arabicæ Familiae hostis, lib. sua praxis cap. 39. Ubi propriam mentem propalat sic. Quare ubi fluxio incipit, & valenter irruit, & multa est, nunc vera, & sola revulsione est utendum, quæ scilicet solum causam respicit, & quod futurum est; parum curans de jam facto morbo, quod exiguis sit, & facile postea tollatur. Nec minoris autoramenti est pro corroboratione hujus opinionis in Arabicæ Familiae gloriam censura semper laudabilis Herculis de Saxonia, part. 1. suarum prælection. c. 22. de pleuritide sermonem faciens, ubi posteros sic alloquitur. Cum igitur hoc ita se habeant, summa cum ratione vix sunt Arabes, & qui eorum doctrinam sectantur, circa inflammationis initia uti revulsoria venæ sectione, aliquando ex pede, aliquando ex latere opposito. Nihil clarius in favorem hujus assertionis potest adduci. Favet insuper huic sentiendi modo disertissimus, & nonquam satis laudatus Horatius Augenius lib. 7. de sang. miss. cap. 11. sic. Ad hoc vero cerebrum apoplexiæ laborans, vel epilepsia, vel scotomia, revulsionem postulat in partibus maximè distanibus, ut in tibiis secta vena, sive præservare, sive curare voluerimus, modò ingens adserit in toto corpore plenitudo. Quibus verbis manifestè constat, non solum præcautione morborum superiorum partium, verum etiam in ipsorum curatione consulere omnimodam revulsionem, venam secando in talo, omnino oblita indicatione ejus, quod in parte affecta continetur. Unde non dubie infertur, præferendam esse indicationem humoris fluentis, qui meram revulsionem exposcit, respectu illius, qui in affecta particula impactus est, qui evacuationem, & derivationem indicat.

Hæc est Barbaræ Familiae communis opinio, quam loco citato Arabum Princeps Avicenna insinuavit, posset tamen amplius ab affecta particula recedere, venam in malleolo contrarii lateris primò secando, quia hæc distat per duos diametros, si majorem revulsionem præstare intenderet, forsitan eam omisit, rectitudinis gratiâ, & sic primò tibiam ejusdem lateris secare jubet. Hæc itaque praxis circa missionem sanguinis, Barbaræ Familiae sectatores intendunt confirmare verbis Hippocratis libell. de natur. hum. comm. 2. contextu 9. ubi ita scripsit. Curare oportet in sectionibus longissimè secare à locis,

in quibus dolores fieri consueverē, & sanguis colligi; itā enim minime magna mutatio inopinatō fieri, & consuetudinem praeviderit, ne amplius eodem loco colligatur. Ex his constat ex Hippocratis mente, à quā longissimis partibus vacuandum esse; ut fluentem humorē retrahamus, ad remotam magis partem, quā citius faciamus disfūcere, quā solebat ire, ac per consequens ex remotissimis partibus, semper vacuandum esse docet.

Ex Galeno etiam suam opinionem firmare intendunt 13. method. cap. 3. *suprà cit.* Altero, cruræ laborante, scarificabis reliquum, altero brachiorum, crura. Itaque à brachio ad crura, & à dextro ad sinistrum jubet revellere; Secundo etiam de art. cnrat. ad Glanc. c. 2. candem methodum propalavit per illa verba satis trita. *Influentium igitur adhuc humorum retræctio, eorum, qui jam partem obſedēre, derivatio, medela est.* Quibus pensitatis, & aliis à Galeno adductis Averroës irridet Galenum lib. 7. cap. 29. quod alius docuerit in sermonibus universalibus, & aliud opere exequatur. Cæterū quidquid sit de hoc, inferius patebit; modò rationem perpendamus, quā Barbari utuntur in validationem suā opinonis, nam ex proxima parte evacuare, plenō corpore, aut impetu fluxionis nondum sedato, non videtur posse periculo carere, quoniam humorum impetus excitatur, versus partem, quā emittuntur: igitur ab affecta fluxione parte evacuare, nihil aliud est, quā juvare impetum versus partem, in quam sponte succi fluebant, præcipuè si humoribus redundantes sint partes, quæ immittunt. Videtur itaque consultias à contrariis maximè partibus evacuate, quo impetus, in contraria trahantur, & partes immittentes per præcautionem inaniantur, & fluxio omnino inhibetur, secando venam in partibus inferioribus distantioribus, quoties fluxio superiora loca tentat.

Consonat adducto ratiocinio Hippocrates 6. lib. aphor. text. 21. ubi sic. *Insanientibus, si varices, seu hamorrhoides superveniant, insania solutio.* Quibus verbis mature pensitatis, sic premo discursum in favorem Arabicæ Familiae. Insania cerebri gravissimus morbus est, & insuper supponit causam in ipso impactam, quæ sui ablationem indicat, & tamen solvit talis morbus, sanguine crasso ad crura delato, aut ad partes inferiores distantiores, naturā operante suā peculiari providentiā: Ergo Medicus, qui imitator naturæ & fidelis minister est, cordatè operabitur, & juxta Hippocratis sanctiones, si in partium superiorum morbis, jubeat venam tali seccare, adhuc præsente indicatione illius, quod impactum est in affecta particula, quod non dubiè derivationem, & evacuationem exposcit: Præferenda ergo est mera revulsio, & exercenda venæ sectio in malleolis in morbis partium superiorum, ut egregiè sanguinis ad crura advocatio consequatur, quandoquidem nullo alio auxilio, melius, & securius id fieri potest.

Corrobatur ulterius Arabum opinio; nam in principio cuiuslibet morbi materia, quæ ad partem lœsam, & vicinas venas confluit, adeò exigua est, ut si non continuaretur fluxio, nec nova suppeditaretur materia, morbus non incresceret sine dubio: solum ergo periculum imminenteret ex novo humoris accessu; sed talis sola mera revulsione ad distantiores partes præstatur,

sanguine misso ex talo: ergo hæc debet præferri, ut humoris influxus omnino cohibeatur, posthabitā indicatione humoris, qui jam fluxit, quippe urgentior censetur indicatio humoris, qui influit, à quo majus periculum impendet.

Confirmatur altius adhuc in morbis aliarum partium incipientibus: etenim inflammato utero in principio, gratiâ revellendi, sanguinem mittimus ex brachio, ita Galenus 2. ad Glanc. cap. 2. tum sic: Sed non minor est distantia venarum, & partium à venis uteri ad basilicam venam, quā à thorace, ad venas tali: ergo si cuti in principio inflammationis uteri revulsionem per distantissimam partem in brachio admittimus, ita in pleurite cum Avicenna meritò debemus secare venam tali, in ipsius principio, meram revulsionem exercendo ad partes distantiores; in qua evacuatione eadem censeri debet distantia, sicut in illa, quæ celebratur in brachio, utero in principio inflammato, ac per consequens, eo prorsù modo, & ratione, quā in affectibus inferiorum partium per brachia revellimus, & quod jam fluxit, & impactum est in affecta particula, pro tunc omnino despiciimus, vel differimus, derivatione postea tollendum, per venas crurum; ita in affectibus partium superiorum initianibus per talum revulsionem facere tenemur, quamvis illius, quod ad particulam lœsam jam influxit, pro aliquo tempore venæ sectionis providentia non adsit.

C A P U T II.

De sanguinis missione ex talo in feribus.

Hucusque adduximus fundamenta, quæ probare videntur in morbis partium superiorum incipientibus, necnon etiam in aliis morbis fluxionis venam esse secundam in cruribus. Novo tamen, & peculiari scrutinio eget doctrina, quam adducit Hispalensis præcipuus Doctor Ludovicus Perez Ramirez, circa sanguinis missionem ex talo exercendam in omnibus morbis materialibus totius, & præcipuè in feribus venæ sectionem indicantibus, in quibus omnibus citatus Doctor acerrimè tenet curationem inchoari debere in cruribus feriendo venam: Censet enim, & stabilire conatur tanquam certum, naturam peculiari providentiā pravos humores, & deteriorem sanguinis partem ad inferiores venas depellere, quæ per meseraon derivantur, & mesaraicas communiter vocamus, per quas materia chyloſa defertur ad jecur, quod ad prædictas venas sanguinem impurum, & magis feculentum transmittit, tanquam in partes magis ignobiles, & minus principali muneri deservientes; quo fit, ut cùm sanguis ille impurus, & feculentus sit aptior, & valde paratus ad putredinem; omnes morbos partium superiorum, & inferiorum ab illo fermentari, & oriri pro certo habet, & præcipuè febres putridas intermitentes, ut latè Fernelius insinuat lib. 4. patholog. cap. 10. per hæc verba. *Omnium propria sedes & origo in prima est corporis regione circum præcordia, circum ventriculum, diaphragma, jecoris cava, lienem, pancreas, omentum*

ementum aut mesenterium. Hæ si quidem partes sunt quasi publica corporis sentina, in quam omnis confluit, cumulaturque humorum colluvies, &c. Item etiam febres continuas, & ardentes; quapropter ne tales humores pravi, & fœculenti ad venas superiores deducantur, secundo venas brachiorum, & ne tota massa sanguinaria coinqinetur, utilius, & necessarium judicat, prius feriendas esse venas in talo, quam ad secundas brachiorum venas accedamus, quod in omni morbo, cuius causâ in genere vénoso continetur observandum esse acriter descendit citatus Doctor, solo præfato ductus fundamento, quem sequitur Doctor Caldera *infra* citandus.

Cæterum si veritati stenus, & Antiquorum doctrinam sequanur, in pluribus claudicat hæc assertio. Primo quia in venis mesaraicis, (seclusâ qualibet morbosa dispositione) stabulatur chylus concoctus & depuratus, ut ad hepar accedat, & in suas venas ingrediatur, in quibus amplius alteratur, & concoquitur, & in formam perfectiore sanguinis transmutatur; Porro si chylosa illa materia in mesaraicis contenta, fœculenta, & prava conditionis esset, hujusmodi partes, & vasa, non essent in statu salubri, & naturali, sed potius in præternaturali, & morboso, in quo dubitari nequit, quod ab illis pravis succis, seu materia chylosa fœculenta communicetur partibus superioribus, putredinalis illa dispositio, qua totam massam sanguinariam valeat coquinare, & hac ratione nihil particulare continet, hæc opinio, quandoquidem semper, & in qualibet parte, seu in quibusvis vasis sit materia prava, & fœculenta, sine dubio serpet, & coquinabit omnes humores proximos, & sic per continuu alterationem vitiabitur tota massa sanguinaria; in quo eventu venæ seæcio in talo, minimè habet specialem prærogativam. Insuper etiam invenis mesaraicis adeat sanguinis portio ab hepate transmissa pro nutritione talium partium, necnon etiam lienis, intestinorum, & ventriculi, disposita, & præparata, talis autem sanguis nec fœruleatus est, neque excrementitus, sed purus, & perfectus qualis ab hepate in naturali statu generatur, ut alimoniam idoneam præstet omnibus partibus, & hac ratione dicitur membrum princeps. Ex quo clarissimè constat vasa mesaraica non esse receptacula pravorum succorum, & excrementorum, si in statu naturali considerentur, & per consequens ex hac parte ruit fundamentum Doctoris citati.

Insuper etiam contra ipsum insurgo, quia si in mesaraicis venis, semper, & in statu naturali humores pravi & excrementii stabularentur, chylosam substantiam, quæ in transitu ad hepar cum ipsis permiscetur necessariò, non dubie inficerent, ipsam alterando, & coquinando in ipso transitu, quo sit, ut semper in jecore vitiola evaderet sanguificatio, æquè ac si pravi illi succi in jecur transmitterentur; in quo eventu vitium primæ regionis minimè potest emendari in secunda, ut inconcussè omnes Medici proclaimant, cum Gal. 5. de sanit. tuend. cap. ult. Unde etiam infertur clarissimè (admisso fallaci hujus Doctoris fundamento) quod si humores illi fœculenti in venis meserai semper, & continuò stabulantur, jecur ab ipsis continuò pravè alteraretur, cum contineatur intra suam activitatis sphæram, ac proinde vitiabitur ipsius sanguificatio conti-

nud, & necessariò per illam excrementorum colluviem ibi aggregatam.

Neque capere quispiam cordatae mentis poterit, consideratâ totâ meserai regione in statu naturali, in tono illo, & proportione debita omnium qualitatum, quod possint fœculenti, & pravi humores ibi generari: quandoquidem à præternaturali, & prava dispositione in cuiusvis corporis membro, creati necessum, si Philosophis fidem præstemus, prædicantibus unanimi cōsensu, effectus præternaturales causam præternaturalem necessariò redoleret: non ergo in statu naturali hujusmodi humores excrementii in mesaraicis venis semper generantur, sed forsitan interdum, quemadmodum in aliis membris fieri cōtingit, quoties adquirunt pravam, & præternaturalem temperiem, à qua tales pravi succi procreantur; ut s̄p̄es̄p̄iūs̄ accidit in hypochondriaca affectione, rellatis humoribus, & eruditatibus, media obstructione detentis à calore præternaturali: alienum ergo à ratione est fateri, in statu naturali pravos humores generati in venis mesaraicis in totius corporis sensibile documentum; quandoquidem temperies naturalis omnibus membris inest pro generatione humorum naturalium, & custodia sanitatis.

Fateri tamen libentissimè cogor sapientiū naturam lacessitam & irritatam pravos humores ad meserai venas detrudere, & ibi detentos, diuque persistentes varias ægititudines, & affectiones toti corpori communicari, sic febres intermittentes generari cum Fernelio libenter faremur, necnon etiam ardentes febres cum Galeno 1. epid. comm. 2. text. 20. item etiam insaniam, & hypochondriacam passionem, & innumeros capitales morbos per consensum talium partium inferiorum; quæ s̄p̄e sola haemorrhoidalium venarum eruptione penitus delitescunt, ut 6. aphor. suprà cit. notificavit Hippocrates. Hoc autē perpetuum esse, firmiter negamus, & quod de omnium morborum origine intelligatur, omni probabilitate penitus caret, quandoquidem in ipsis hypochondriis, & ubi situantur mesaraicæ venæ in statu naturali, nulla apparent signa, nec talium morborum, neque pravorum succorum demonstrantia; aliter enim si morbos apparatus in ipsis lateret, necessariò deberet manifestari, ex his, qua Galenus mirificè insinuat 3. de loc. affect. cap. 3. ubi afferit, quod ut affectus præternaturalis, aut ipsius causa, & locus in quo resedit, exquisitè, & artificialiter dignoscantur; primum ex actione præcipua deprehendi debet: si autem præternaturalis fuerit affectio, an sit idiospathicus, an sympathicus examinandum: insuper etiam ab excretis excurrentibus colligitur, in quo loco residat morbisca causa: item ex accidentibus à parte affecta necessariò subortis, necno etiā ab ipsis partis situ, & denique à naturali ipsis partis formatione, seu figurazione planè deprehenditur. Ex his infertur, quod si meseraon fœculentis, & pravis humoribus repletatur, ibique putrefactis, varios morbos pepererint, sine dubio ex notis à Galeno propositis, mesaraicas venas sic affici dignosceremus: Cæterum si enumerata signa locum patientem demonstrantia penitus lateant, minimè tam vitiolam constitutionem, nec dispositionem pravam cordatus Medicus poterit percallere. Cum ergo à posteriori nullum appareat vestigium præternaturalis dispositionis in meserai venis,

fideliter censendum erit, chimæricam esse hanc opinionem, & frivolum omnino hoc peculiare dictamen noviter machinatum à Doctore citato, ut suam fictitiam, & chimæricam doctrinam, pluribus calumniis plenam possit stabilire. Unde ex dictis optimè colligitur imprudenter omnium morborum originem invenis meseræ collocari, ac proinde si interdum in venis dictis clauditur ægreditudinis alicujus causa, peculiares notas per accidentia demonstratur: ad libitum ergo statuit ab illa parte morbos omnes originari; cum tale arcanum latuit totam Procerum antiquitatem, ex qua tanquam ex limpidissimo fonte veritatem Medici omnes exhausti.

Altius confirmatur assumptum; nam licet in primis venis, seu meseræ vasis, sanguis purissimus, & minimè excrementitus continetur, tota massa sanguinaria poterit vitiari, & putrefieri, adstante plenitudine nimia in vasis majoribus, & ob hanc rationem impedita ventilazione, subortâ putredine, quæ passim fieri solet per majorem sanguinis copiam, quæ ibi solet abundare, potius quam in vasis primæ regionis: quo admissò tanquam certo, deducitur manifestè, quod independenter à contagio primæ regionis, poterunt creari, & excitari febres putridæ, & ardentes, & gravissimi morbi materiales: non ergo in curatione regulari omnium febrium venæ sectionem indicantum, & aliorum morborum principio ad primæ regionis venas curatio dirigi debet, venam secando in tali; nisi forsitan in ipsis sit origo fluxionis, & pravum atque excrementitium humorem abundantare, certis notis fuerit deprehensum; aliter enim si in totius corporis partibus flava bilis abundaverit, seu dominetur, tertianas febres excitari certum est in Galeni doctrina *super pri-*
mum lib. de vulgar. morb. text. 20. & pluribus aliis in locis, quos longum esset recensere, & fastidiosum fatus: igitur in cura regulari in talium morborum, & febrium principio, minimè tenemur semper, & præcipue venis meseræ, seu primæ regionis providere, conando radicem morborum omnium ex illo loco eveltere. Vnde licet venæ meseræ illa nobilitate non gaudeant, quæ superiores partes ornantur, quia tamen non ita assidue plenitudine sanguinis infestantur, putredo facilius inducitur in partibus superioribus inter inguina, & alas locatis, ut aperiè Galenus notavit *i. meth. cap. 4.* ac proinde in ipsis febres tertianæ putridæ, & ardentes sapienter generantur, independenter ab illis succis pravis, & excrementitiis, quos citatus Doctor credit semper in meseræ venis chimæricè continentur.

Porrò si forsitan inani, & chimærico Doctoris citati fundamento aliquis non cordatæ mentis velit assentiri, censendo, quod morbo quolibet incipiente, sive febrili, sive non febrili in venis meseræ, crudi humoris, aut feculenti copia sanguinis sit acervata, pro cuius extractione illico à principio sit necessaria venæ sectio ex tali, quæ mediæ utilius prædicti humores evacuantur, & ad infernas partes reveylluntur à partibus nobilibus; aliter autem si in brachiis vena separetur, pravus ille succus ad venam cavam deductus utiliori sanguini permixtus ipsum inficeret, & coquinaret, forsitan malignitatem, seu pravam corruptionem inducendo; & ob hanc causam à

principio in omnibus morbis materialibus incipientibus utiliore, & securiorem esse venæ sectionem in tali, ut latè Doctor Gaspar Caldera de Heredia probare intendit *tomo suo Tribunal Medicum appellatum, question. unica, fol. 268.* conclusione 2. & 3. eodem ductus fundamento superiorius adducto. Propterea ergo efficaciter insurgo contra Hispalenses Doctores citatos. Etenim tantum absit, ut in proposito casu, in quo feedi, & crudi humores invenis meseræ stabulentur, vulnerari debeant venæ in malleolis; ut potius reprobari consultiū sit absolutè venæ sectionem; quippè præceptum est inviolabile, & in Medicinæ sacrariis jam diu sanctum, neconon aureis laminis acutissimo acu delineatum; fessis, & crudis humoribus in venis primæ regionis existentibus, minimè secundam esse venam, neque in brachio; neque in tali, usque dum tales humores deponantur per intestina, aut clysteribus, aut lenitivis pharmacis; si cruditas insit ita levis, quæ clysteribus cedat. Perpendite obsecro Galenum *lib. art. medicin. cap. 99.* sic fantem, *Promptius enim evacuantur per ventrem quidem, quæcumque in primis venis continentur superfuitates.* Nihil clarius; & cum hucusque nullus, feriendo talum, primæ regionis excrements, & feculentis humores evacuate tentaverit; inferatur legitimè, vanum omnino esse, sanguinem ex tali mittere in omnibus morbis materialibus incipientibus, præcipue febrilibus, in quibus cruditates, & feculentis humores in prima regione, sive meseræ venis continentur. Et quidem hæc inconcussa doctrina altiorē considerationem habet, si sanguinis probi in corpore exigua sit copia. Audi obsecro Galenum *in lib. Hippocratis de humoribus comm. 2.* sic. *Cum enim in corpore sanguinis probi exigna sit copia, & crudi humores sint admodum multi, tunc nec venam secare, neque purgare, neque exercere hominem oportet; immo vero neque movere penitus, neque lavare convenit.* Prosequitur rationem reddens ad nostrum intentum. *Siquidem vena sectiones probum sanguinem evacuant, & pravum, qui in primis potissimum venis, que in jecore, & laetibus sunt, colligitur, in totum corpus attrahunt.* En quomodo planè Galen. negat venæ sectionem ubi in primis venis cruditates continentur, eà ratione solā ductus, quod per venæ sectionem cruditates, & feculentis succi in totum corpus disseminantur, & attrahuntur; quod verum tenet, sive vulnerentur venæ tali, sive brachiorum: amethodus ergo erit in adducto casu sanguinem mittere.

Cæterum quia expurgare etiam præsenti cruditate in primis vénis, perpetuum non est, neque omnino securum, iterum redeamus ad Galeni testimonium citatum: sic prosequitur. *Purgatio vero in his & tormina, & morsus creat, itemque animi defectiones; adde quod neque quidquam notabile educit, quod crudi omnes humores pigri ad motum inepti, propter crassitudinem, frigiditatemque sunt, omnésque vias angustas obstruant, per quas id, quod purgando evacuantur, comportari ad ventrem oporteat; ex quo fit ut neque ipsi educantur, & alios, ne evancentur, impediante.* Et concludit Græcorū Coryphæus nobis demonstrans, quod in tali eventu operandum sit, (prosequitur litteralis textus) *Quocirca ita affectis, esculenta, poculenta, ac medicamenta danda sunt, que sine insigni caliditate crassitudinem humorum incident,*

incident, extenuent, atque conficiant. Hucusque Galenus libuit tamen omnia verba licet proxima transcribere, quia locupletissimam doctrinam continent, ut cordatus Medicus minimè audeat, eo ipso quod cruditates, & humorum colluvies in prima regione continentur, expurgationem imperare, nec lenitivam si ingenti cacochymia ægrotans prematur, ubi probi sanguinis exigua est copia, propter rationes, quas adducit clarissimè in *textu allegato*.

Ad nostrum intentum iterum Galenus clamat *lib. de constit. art. med. cap. 19.* per sequentia verba: *Vbi autem flava, vel are bilis succus vel serosus humor adcreverint, opus quidem est evacuatione, non tamen eodem modo, etenim si ea excrementa in primis venis continantur, purganda sunt ita, que alvum cieant.* Hoc & aliis testimonii Galeni ducti Classici Autores minimè per talum, primæ regionis, expurgant excrementa, sed per lenientia auxilia expurgantia.

Neque valet si Respondeas, cum aliquo ex Doctoribus Hispalensibus citatis, lenitiva medicamenta sanguinem feculentem non evanescere; nam licet id libenter fateamur: quia in physico rigore sanguis ut sanguis est, evacuationem per lenientia non exposcit, tamen non ex eo convincitur, lenitiva non convenire, quoties sanguis feculentus, & excrementarius in primis venis continetur: etenim expurgantia lenitiva, sanguinem ipsum ab excrementis, à quibus fecundatum, & feculentum erat, expurgant, quod sanguinis missione præstari nequit: rigoroso ergo sermone, excrementa non purgantur; sed sanguis, qui intus remanet, repurgatus evadit à feculentis humoribus, & excrementis per pharmaca lenitiva, ac proinde licet medicamentum lenitivum sanguinem feculentum non evanescere, quatenus sanguis est, ipsum tamen ab excrementis, quibus fecundabatur expurgat, & sic mundus redditur, & aptior, ut à natura retineatur; rationali ergo methodo operantes in adducto casu, minimè debet vulnerare venas tali, sed potius uti lenienti pharmaco, ne cruditatum colluvies, & feculentum humores deducantur ad jecoris venas, ipsaque inficiant, & consequenter totam massam sanguinariam. Unde satis liquidum manet fundamentum Hispalensium Doctorum ex doctrina Fernelii mendicatum, quod in universalium morborum, præcipue febrium principio, à sanguinis missione per talum, sit inchoanda, prorsus esse improbatum, & à doctrina Classica alienum. Venerandum igitur est præceptum in Medicina, jam diu sanctum, fecundis humoribus in primæ regionis venis existentibus, sanguinem non extrahendum esse, usque dum fuerint depositi, ne ad principaliores, & superiores venas, incaute rapiantur.

Reformidat citatus Doctor venam sectam in brachio, quia per ipsam talis succus crudus, & feculentus ad venam cavam deducitur, & convocatur, sed idem sequitur inconveniens, secando venam tali: ergo pariter fugienda in casibus adductis, ac si in brachio seceretur. Minor in qua est difficultas suadetur efficaciter: quia est impossibile, humorum, qui in venis primæ regionis continetur ad talum deferri, quin prius ad truncum maximum venæ cavæ deferatur: ergo vulnerata venâ in talo, ut per illam partem vacuet humor ex primis venis; necessariò ad secundam regionem debet comportari; incidit ergo in fo-

veam, quam vitare intendebat per sectionem venarum in talo, quippe nulla via à primis venis ad talum hucusque assignatur ab Anatomicis præter dictam: ergo per ipsam sine dubio ducerentur humores ad secundam regionem, & sanguineni qui in venæ cavæ principio continetur pro totius corporis alimonia, insufficient, contra Galeni autoramentum, *4. de sanit. tuend. c. 5.* ubi de primæ regionis cruditatibus semonem faciens, venæ sectionem omnino interdicit, per sequentia verba, *Quippe incisa venâ bonum sanguinem emitit, malum, qui in primis maxime venis circa jecur, & quod mesenterum vocant, colligitur, in totum trahit corpus.* Ex his planè deducitur, quod majus incommodum sequitur, si ad cavam hepatis venam deducantur cruditates, & feculenti succi invenis mesenteri stabulantes, quā si in priori loco, ubi residebant, hoc est in prima regione, absque Medicis auxilio, aut providentia permanissent: merito igitur, verebitur quisquam crudos, & feculentos succos ad hepatis venas convocare, ut inde forsitan obstrunctiones novas crecent, sive adaugeant suo lentore, necnon etiam interdum ad pulmones, & cor defractantur, & aliquando in cerebrum subeant, ut *Gal. 12. meth. c. 3.* prædicavit.

Hucusque satis impugnatum manet fundatum Hispalensium Doctorum ex Fernelii doctrina machinatum, circa sanguinis missione ex talo in febribus, & aliis morbis materialibus. Attra- men alia vi poterit aliquis insistere, & prædicta doctrinam suadere sic: nam in principio febrium vulnerata venâ in talo, humores deorsum trahuntur & revelluntur à partibus principalioribus; & forsitan impeditur in ipsis motus inopinatus, qui interdum in dictis febribus accidit ad partes nobilissimas, qui nullo alio auxilio melius impediri potest, & facilis, quā venam secando in talo, per quam nullum imminet periculum, in modo potius commodum sequitur; quippe ex distantissimis partibus factâ revulsione, iterum ad ipsas impetus humorum difficilius redditur; & insuper non minus per sectionem venarum, quæ sunt in talo, minuitur plenitudo, quā per eas, quæ in cubito aperiuntur: ergo saltim ex hac parte æquæ deponimus sanguinem, & dememus causam materialem febri, qualibet ex dictis venis, scis: ergo initio febrium putidaram solius multitudinis ratione, merito imperabilius venæ sectio ex talo, & ut alias impediatur rapidus motus, qui forsitan fieri potest in partes nobiliores; fit ut posteriori ratione competit venæ sectio ex talo in ipsorum principio, quā ex cubito.

Ulterius suadetur eadem assertio, fundamento desumpto ex Galeno, *9. lib. meth. cap. 5.* ubi ex professo loquitur de febribus synochalibus, seu continentibus, & de auxiliis, quibus medentur, & inter alia sequentia protulit verba. *Itaque si tempore mittendi sanguinem, menses moveri contigerit, sive etiam hemorrhoides sit reclusa, si insperato fluentis impetu, ipse suis fore videbitur, qui solus quod requirit, vacuet, natura rem omnem permittes: si minus tantum ipse detrahens, quantum ex conjunctis ambobus perficiatur, quod postulas.* Hæc Galenus. Ex quo fidelissimo testimonio planè constat, sola depositione sanguinis per venas inferiores febres synochales mederi, nullo alia factâ vacuatione per superiores venas: Si ergo natura suâ providentia minor vacuatio- ne sanguinis per partes distantiores in febribus continentibus, quæ sepè sola sufficit pro

ipsarum medela; meritò rationalis Medicus qui minister, & imitator naturæ est, poterit exercere hujusmodi munus, vulnerando venas in pede in curatione febrium putridarum, aut cuiusvis alterius morbi materialis, non solum in principio, verùm etiam quolibet tempore, & occasione, quo adsit indicatio mittendi sanguinem, dummodò in primæ regionis venis causa morbifica *suprà* assignata non asservetur. Cæterū quod patiter per inferiores, ac superiores venas plenitudo deponatur, notificavit Galen.

s. de sanit. tuend. cap. 11. per sequentia verba. *Vbi verò sanguinis redundantia gravat, di- Elum puto suprà est, optimum esse vel venam incide- re, vel malleolum scarificare:* Meritò ergo febribus putridis inchoantibus, quæ venæ sectionem indicant, secabimus venam in talo, cùm per ipsam deponatur æquè plenitudo, ac si brachiorum venas tundamus.

A simili etiam de febribus malignis premitur assumptum: nam in illis, & pestilentibus febribus, sanguis tutissimè funditur ex talo; ità Galenus in peste Asiae scarificavit crura, & sanguinem usque ad duas heminas fluere permisit. Ex Modernis Autoribus ferè omnes, in malignis & pestilentibus febribus eandem amplectuntur opinionem: vide Herculem de Saxonie lib. de feb. cap. 28. Videas etiam obsecro Zaceutum Lusitar. lib. 4. de Principiis Medicorum Historiis, Histor. 47. quæst. 43. in expositione super historiam Galeni lib. de cucurbitularum scarificatione cap. 20. in peste Asia citata, ubi postquam docet in pestilentibus febribus venæ sectionem convenire; dum inquirit ex qua parte debeat celebrari hujusmodi auxilium, concludit sic. *Dic, quod si universum corpus occupat affe- elus, nullamque natura, ad partem determinatam tentaverit vacuationem, morbusque sit in initio, tunc citra dubium ferierda in talo est vena; nam revellit, evacuat, & ad ignobiles partes humo- rem malignum attrahit.* Miror tamen eximium, & adeò generosum Praeceptorem nostrum Galenum venæ sectionis non meminisse adstante sanguinis plenitudine, & solum commendasse cruris scarificationem in morbo magno, & acuto; qualis febris pestilens est, quæ generosum, & magnum auxilium exposcit, ut sanguine extracto per venas majores plenitudinem citissimè deponat; quippe quæ celeriter fiunt, celeriter peragere oportet, distante Hippocrate i. acut. text. 8. Porrò in hac hæsiatione pro Galeno Respondendum est, forsan commendasse scarificationem in constitutione illa pestilenti Asiae, quia cæteris paribus minus enervat vires, quām venæ sectio, utpotè sectis amplioribus vasis, major spirituum copia exhaustitur, quām si capillares venae incidentur; præterquam quod copiosum sanguinem permisit fundere, & cum minori dispendio spirituum, quos in peste custodire oportet, ne vires summoperè labascant; undè tutiùs iudicavit scarificationem moliri, quandoquidem per ipsa plenitudo sufficienter deponebatur, dum crux usque ad duas heminas fluere præcepit.

Suffragatur etiam Mercatus lib. 7. de putridis febribus, sermonem instituens de maligna febre, in qua venam tali secandam esse, pro ipsius medela expresse fatetur. Fracastorius etiam tueretur eandem opinionem, lib. 3. de febribus contagiosis

cap. 5. ubi in his febribus tutiùs esse existimat, & securius fecari venam tali, aut hæmorrhoides aperire: Hoc ipsum amplectitur doctissimus Oribasius lib. 7. cap. 20. & alii quamplurimi Autores, quos fastidiosum esset recensere. His itaque suppositis à simili, sic potest formari ratio pro validatione assumpti propositi: Etenim in febribus malignis, & pestilentibus, jure optimo, & fundamento probabili venam tali secare jobent Doctores citati, quæ non solum plenitudinem deponit, & pravos humores evacuat, verum etiam ipsos revellit, & avertit à corde, & partibus nobilioribus; sed eadem indicatio instat in febribus putridis, in quibus non solum plenitudinem vacuamus, & antecedentem materiam deponimus, verùm etiam inopinatos motus qui mortem sèpè inferunt per decubitum ad partes principes inhibemus, venam feriendo in talo: ergo quemadmodum in malignis, & pestilentibus febribus convenienter secare in malleolis venam, sic etiam eodem jure in omnibus febribus putridis absque ulla calumnia idem debet exerceri.

Addita hæc nova fundamenta pro validatione sectionis venæ in talo in febribus putridis, nullius sunt robotis, etenim per venas inferiores non æquè deponitur plenitudo, ac per superiores, cùm certum sit inter inguina, & alas, seu intra majora vasa contineri causam materialem febris, quæ citius, & melius vacuatur secando brachiorum venas; necnon etiam uberior sit ventilatio in ipsis, & refrigeratio, & cohibitio putredinis consequitur, quām si secaremus tali venas, in quibus non ita fervidus existit sanguis, nec ita copiosus, cùm partes inferiores exangues sint, & ipsis vasa valde exigua, quo sit ut ipsis vulneratis juvamentum tardius consequatur: undè licet per ipsas plenitudo auferatur, non tamen celeritate, & securitate, quam exposcit febrilis ardor, & putredo, quæ præcipue indicis febribus in vasis majoribus stabulatur.

Neque ob inopinatum motum, qui casualiter in dictis febribus ad partes nobiles, & superiores sit, debemus secare venas in malleolis, quippe talis motus est valde casualis, & omnino incertus; ideoque minimè debet præcaveri, nisi in illis febribus acutis, in quibus habemus firmum indicium & fundamentum raptūs humorum ad caput; tum ex urinis, tum etiam ex vehementi capitis dolore, & aliis signis, quæ frequenter solent præcedere; in quo eventu libenter fateor convenire sectionem venarum in talo, præcautionis gratiâ, ut raptum ad partes nobiles, & superiores inhibeamus, & ad contrarias, & longinquas partes humores depellamus. Alter enim satius erit brachiorum venas aperire, ut sanguinis fervore extinguiam, & febrem citius jugulemus.

Testimonium verò Galeni ex 9. meth. cap. 5. cit. nihil probat: nam quoties Natura provida tentat aliquam evacuationem inferiorem, qualis est menstrualis, aut hæmorrhoidalis, ipsius providentiae stare debepus, minimè tentantes evacuationem ex venis superioribus, quæ Naturæ motum impedit valeant: quandoquidem ipsa sagacissima Natura invenit locum ad deponendam plenitudinem convenientem; si ergo talis evacuatione satis fore videantur, ut causam morbi bifidam deponat, jure optimo consulit Galenus non esse tentandam aliam evacuationem; verumtamen si rationaliter Medicus judicet non sufficere, debet hinc dubio per artificiosam evacuationem supplicere.

supplere defectum naturæ, venam tundendo in talo, ut jubet naturæ motus, per regionem ab ipsa inchoatus, & minimè per oppositam regionem impedientem naturæ impetum, ab ejus mira providentia machinatum: undè planè infert adiectum testimonium minimè convincere Adversariorum assumptum.

Neque argumentum à simili desumptum ex febribus malignis, & pestilentibus, alicujus roboris est; quippe in malignis febribus non omnes Autores jubent secare venam in talo, & nos sàpè in ipsis venas brachiorum secavimus felicissimè, nisi alicujus raptùs in cor, aut in caput sit suspicio; in pestilentibus autem constitutionibus militat ratio illa communis avertendi, & revellendi pestiferam materiam à visceribus, & partibus nobilibus ad membra ignobilia & cutanea; quapropter Galenus imperavit scarificationem in cruribus *loco citato*, ubi rationem reddidimus pro Galeno. Neque in pestilenti quilibet constitutione renuam concedere utilitatem sectionis venarum in malleolis, quandoquidem malignitas, & contagium valde urget, & infestat cor ut humores infectos ab ipso prorsus revellamus; hæc autem ratio æquè non militat in febribus omnibus putridis, quandoquidem putredo præcipue in vasis majoribus continetur, quæ sunt inter inguina, & alas, & sanguinis ferredi ibi major copia stabulatur, quæ melius, & citius per brachiorum venas deponitur, & hac ratione citius extinguitur ardor, & putredo evanescit, à qua febrilis calor fovetur: non ergo argumentum à simili convincit, nec premere nos potest, ut noviter machinata assertioni fidem ratam præstemus, quandoquidem ab Antiquorum fonte contrarium didicimus.

Inconcussum ergo manet ex impugnatione principialis fundamenti, quod ex Fernelio Doctores Hispalenses mendicârunt, necnon etiam ex rationibus à nobis denuò machinatis in favorem novæ assertionis, minimè in febribus omnibus, quas putridus concitat humor, esse secundam venam in talo, sed potius in brachiis, ubi præcipua febris causa materialis recluditur.

& hepatis sanguificationem labefactet, Gallicas purgationes creat, & in infima ventris regione hypochondriacos affectus, rebelles & varicosas obstructiones parit, in pancreatis, & meserai venis stabulatur, quo fieri accidit ut partes etiam superiores pravo, & importuno contagio coafficiat. Hoc etiam patet, venarum mesenterij usū & naturæ etiam magisterio, in hujus sanguinis expurgatione; nam melancholicum sanguinem impurum, & fœculentum ab utili, & puro separatum in ramo epigastrico deponit, ex illo ad hæmorrhoidales transmittit, & in fœminis ad uteri venas, quoad tempus irritata natura, aut succi fœculentia, uestione contracta, aut putredine, seu prava illius quantitate, talem per has venas expurgat, usquedum exonerata sit, & alia denud colligatur; & hoc perenni vitæ cursu, collectione, & expulsione mutuò alternata: in aliis plerisque, aliis expurgata per vomitum, aliis per fecessum, prout humor qua datur porta, ruit, aut impellitur, naturæ magisterio. Quo planè confirmatur, hanc fœculenta sanguinis quantitatem inibi confluxisse; quod accidit in omnibus, & sexu, & ætate perenniter, uniformiter disformiter; magis in melancholicis, intemperantibus, luxuriosâ vitâ enervatis, & vita sedentaria deditis, obstructis, & venarum angustia præpeditis, minus in temperatis, & sobrietate viventibus, in pueris, ætatis & temperiei privilegio, & laborioso exercitio occupatis; in mulieribus etiam, & potiori jure ex duplice principio, in meserai venis, & eis quibus circa uterum, prava humorum coeluvies asservatur, & sexus ratione in utero, seu pro ciendis mensibus, seu factus alimento in juvenibus; & secundò, ut depuretur sanguis, seu ut pravum ad venas excretioni destinatas deponat, seu ad vias communes, ut in viris.]

Hæc omnia censet Doctor Caldera citatus esse nostri sæculi propria, idèque non esse mirum, si illa veteres obseruata non dederint, quinimò etiam Antiqui non omnia æquali judicio perpenderunt; etenim plerique tradunt exactissimo calculo comprobata, & alia quidem leviori calamo, neque pleno veritatis examine. Quo prælibato fundamento, docet, & acriter tenet contra Antiquorum sanctam, & pacificam opinionem, in omnibus quantumvis acutissimis morbis & extremæ urgencie, quorum materialis causa indicat ex veterum decretis per venas superiores vacuari, ex talo celebrari debere sectionem venæ, eo solùm ductus fundamento, quod omnes morbi per consensum partium infra jecur incipiunt, & foventur, incepti; quapropter feriendus est talus è directo, donec multitudo consensus deponatur; postea vero dum affectus redditur idopathicus, seu per essentiam, tunc vulnerandæ sunt venæ superiores, quæ sunt in brachio, & quidem certam esse hanc doctrinam affirmat ex observatione nostri sæculi propriæ, olim minimè cognita; si attendamus quod non omnis urgencia obsecsti membra, licet indè periculum minetur, petit à loco proximiore celebrari venæ sectionem, sed illa tantum, quæ affectum inducit per essentiam; si vero per consensum sit talis affectio, debet à loco proximiore imperari venæ sectio, non quidem ubi est affectus, sed ubi est focus, & minera consensus: cum ergo in partibus inferioribus infra jecur, & in regione meserai sit minera consensus omnium febrium, &

CAPVT III.

Exponitur doctrina Doctoris Calderæ.

Ne filebo aliud peculiare fundatum, quo movetur Doctor Gaspar Caldera in suo Tribunal. Medic. suprà citato fol. 262. & 263. ut firmiter tenet cum Fernelio, & sua caterva Hispalensem Doctorum, in putridis febribus, necnon etiam in principio morborum omnium materialium, feriendam esse venam in malleolis; sic loquitur citatus Doctor. [Non ob illam rationem tantum] adductam scilicet à Fernelio, & ejus sequacibus de fœdatione succorum in venis meserai) sed ex alia observatione nostri sæculi propria, in hanc veni sententiam (intellige de venæ sectione in talo in diversis morbis) quam confirmavit illa Gallica lues, longè latèque dispersa in omni sexu, & in omni ætate, cuius indicibilis apparatus vergit ad melancholicum, non simpliciter tantum, sed cum adiustione, & indicibilis qualitatis energia: Et cum ab initio primò partes pudendas coafficiat,

acutorum morborum, ob rationem communem cum Fernelio adductam, & ob commune contagium ex depravato modo vivendi in nostro saeculo superius descriptum, infert intrepidè feriendam esse tali venas, in adductis morbis, donec consensus omnino cesseret, & penitus evanescat.

Prædictam suam novam opinionem stabilire, & confirmare conatur pluribus Galeni testimoniis, in quibus affirmat partes superiores patientes affectiones, & innumeratas per consensum partium inferiorum, & præcipue hypochondriorum: Citat Galenum *s. de locis affect. cap. 6.* & *2. etiam de loc. cap. 9. & 3. deinde de locis cap. 5.* in quibus specificat consensum partium superiorum cum inferioribus, quorum verba, quia prolixia satis, non refero, & quia minimè probant intentum: cum certum sit, & inconcussum apud omnes Medicinæ Professores, sæpenumerò oriuntur affectiones capitales gravissimas, ex consensu, seu sympathia cum hypochondriis; restabat enim probare, hoc semper accidere in omni febre, & in omni morbo, quod gratis supponit, & concludit sic.

[Jam habemus quadam veluti demonstratione comprobatum, naturam ad imam ventris regionem, sanguinem fœculentum deponere, & pravam colluviem humorum; habemus etiam ad superas corporis regiones ferè inevitabilem consensum ex hypotheli cumulati humoris concitari; hoc etiam monstravit fidelissimā experientiā, nostra ætas, est enim natura in rebus novis quotidie producendis feracissima, & hominum errores in ordine præpostero vivendi, in cibo, & in potu, occasio gravium malorum. Addit etiam influxus cœlestes ad hæc patibilia varie terminatos, nova, & diversa in morbis, & accidentibus causare, quorum cum sit medendi diversa indicatio, non erit mirum, si auxilia prorsus diversificantur; etenim naturæ vis, atque maiestas, in omnibus momentis sive caret, & nova, & mirabilia quotidie patturit. Olim enim, & à longinquæ ævo, Hippocr. præcepit, ne prægnantibus, & senibus sanguis detrahatur, ob citissimum mortis, & abortus periculum; ac postea Galenus piaculum etiam judicavit, & in pueris sanguinem detrahere, ob innatam resolutionem, illius ætatis gentilitiam; & tamen nostris temporibus Celsus attentiùs perpendens, & severiori veritatis examine considerans, illam profert sententiam; *Firvus puer, robustus senex, & gravis mulier, tutò sanguinis missione curantur.* Quod experientia postea confirmavit, & usque ad nostra tempora invaluit Celsi opinio, quam quotidie absque illa nota exercemus; non ergo erit mirum, si temporum varietas, & conditio, atque experientia in nostra ætate, in eam nos deducat opinionem, ut amplectamur sanguinis missionem ex talo, in febribus, & omnibus morbis, usquedam consensus omnino cesseret, & penitus evanescat: non ergo erit reprobanda observatio hæc, quod priscis illis temporibus à nullo fuerit observata, imò potius à prudentibus Medicis erit in pretio habenda; sic enim illustrantur scientiae, & augentur, ut hodie supra fidem à ipsis longè nobiliores videantur.]

Denique longum, & prolixum satis sermonem adducit Doctor citatus nostro idiomate Hispanico, probans per novas ætates, nova invenisse Autores auxilia, supra illa, quæ à primis Professo-

ribus fuerunt inventa, sic supra Hippocr. Erastius, & Diocles, usque ad tempus Galeni, qui plura addidit supra scripta Hippocratis experimentis quotidianis deduxta, & philosophicis principiis valde consona: inde etiam post Galenum plures nova addiderunt; sæpe carpit Galenum Trallianus, necnon etiam Doctissimus Areteus nova, & pulchra machinavit, quæ à primis Parentibus non fuerunt cognita; idoque non reprobantur nostro saeculo, quorum omnium innumera sunt exempla, à quibus libenter superfedeo, ne vobis fastidiosa sint, & quia nihil continent peculiare. Ex quibus omnibus ducit doctrinam renovatam denuò à Doctoribus Hispanis, minimè esse parvi pendendam, sed potius amplectendam, quandoquidem pluribus experimentis confirmatam in sua regione fuisse à pericissimis Doctoribus, quibus fides adhibenda est, quia prædictam consensū rationem, veteres non observarunt, in casu adducto, idoque de illa nihil notatu dignum tradidere. Nos vero hanc rem accuratè, & serio collimantes, & observatione perpendentes, invenimus illam esse secundum rationem in statu hominum hujus saeculi, ut inde discat, caveatque posteritas, quæ diu nos observavimus.

Hujus Doctoris opinio superius manet impugnata, ex eo quod illa colluvies, & humorum pravitas, quæ in meserais vasis semper manet coacervata, potius vacuari debet per pharmatum lenitivum, quam per venæ sectionem ex talo, quandoquidem certum est, hujusmodi humores valde distare à consortio sanguinis; imò ab ipso sanguine esse separatos, qui eacochymiam constituant, & expurgationem solam indicant. Unde infallibiliter sequitur in omni febre, & in omni morbo semper incipientem esse curationem ab expurgatione, saltim per exhibitionem lenientis pharmaci; quod dissolunum valde ratione est, cum sæpe videamus plures febres, & innumeratos morbos, solùm ab ingenti plenitudine coadunata in vasis majoribus oriri.

Vlterius etiam præfata assertio falso nititur fundamento: nempe quod in omni febre, & in omni morbo, in venis meserai semper fœculentus humor, necnon etiam cruditates sunt coacervatae, quibus omnes partes superiores, & vasa majora omnia consentiunt, & talis consensus ratione mitti debet sanguis ex talo, ut fomitem contagionis exhaustiamus, & ab originis causa morbificam materiam revellemus: totum quod irritum omnino, & gratis dictum censeri debet: Etenim sagacissima & provida Natura suæ conservationis gratiâ, hujusmodi humores per vias sibi notas extrudit, aut forsitan, quæ putrida sunt concoquit, & tenuiora resolvit; præterquam quod ipsa Natura habet sua peculiaria emunctoria in quæ deponat excrements, quæ necessariò ex coctionibus resultant, sic hepatis propter peculiarem finem biliolum excrementum ad fellis folliculum propulsat, necnon etiam melancholicum succum ad lienem deponit; item quidquid supervacaneum est in foeminis ad uterum detrudit; insuper etiam quælibet pars principis peculiare habet emunctorum in quod deponat excrements molestantia in statu præternaturali, & quoties distemperie aliqua morbosa corripitur, sic cerebrum retro aures, cor sub alis, & jecur ad inguina propulsat maligna & prava excrements: superfluum igitur iudicabitur in

in natura constituere alia membrâ tanquam receptacula excrementorum , ac proindè pro libito censem Hispalenses Doctores cum Fernelio prouidam naturam destinasse venas meseræi tanquam sentinam , in quam depositaret fœculentos humores , & colluyem excrementorum. Quâ firmata doctrinâ , minimè negare audeam ; interdum naturam adeò esse gravatam à fœculentis , & crudis humoribus , ut ipsos detrudat in primam regionem , & in venas meseræi deponat , & in hæmorrhoidales venas ; præcipue cum inveniat manifestas vias , & hujusmodi partes imbecilles cernantur , & faciles ad recipiendum : in quo eventu si excitetur aliquis morbus , sive capitalis , sive febrilis , cuius focus habeat dependentiam , & consensum cum vasis meseræi , quia ibi minera contagionis , & fomes continentur ; dubium non erit , quin curatio sit inchoanda , per depositionem causæ in prima regione , seu in meseræi vasis stabulantis , & hoc vel per venæ sectionem ex talo , aut lenienti pharmaco exhibito , prout nimirum alterum altero magis convenire putabitur , quod evenire consentaneum est in quolibet membro , aut cavitate debili , ubi Natura grava ta deponat , quidquid molestaverit ; in quo eventu , si hujusmodi excrements fuerint alterius morbi causa , curatio methodica auspicanda erit à depositione illius fœculenti , & pravi humoris contenti in illo membro ; hoc enim sàpè sàpiùs accidit , quoties natura detrudit excrements ad uteri vasa ; aut ibi forsitan detenta sunt , ob angustiam viatum , ubi malignè putrescunt , & præcipue materia seminalis in viduis , quæ dira cau sat symptomata , valde similia eis , quæ à veneno accidunt , viscera omnia premendo , syncopem , animi deliquia , & strangulationem causando , epilepsiam etiam per auram venenatam , quæ ab utero in caput ascendit , & alia innumera accidentia , quæ solâ providentia uteri , omnino evanescent , causâ evacuatâ ab ipso , in quo fomes , & origo fluxionis continetur , hoc tamen nec perpetuum est , neque æternæ veritatis ; sicut quod neque vasa meseræi semper patientur ; cum plures ipsa consideranda sint in statu naturali , in tono , & temperie naturali debita : unde legitimè concludimus , semper non esse in omni morbo , & in omni febre venam feriendam in talo .

Neque ex eo quod influxus cælestes ad patibilia variè terminentur , neque ex pravo viœtū er ore , colligitur vulnerandam semper venam esse in talo , nisi forsitan ex illis aliqua affectio partium inferiorum oriatur , quæ sit origo alicujus fluxionis , aut morbi capitalis , aut febrilis , in quo eventu libenter fatemur , aut ex talo venam esse secundam , aut vacuationem esse moliendam ex parte illa , in qua est fomes , & origo malitiae ; hoc tamen non esse perpetuum , & æternæ veritatis , demonstrat ratio , cùm sàpè causa mali stabuletur in vasis majoribus (quidquid sit de influxu cælesti , aut errore aliquo in aliqua ex rebus non naturalibus , aut in viœtu .) in quo eventu , aut vena ferienda est in brachio , ut celerius , & celerius deponatur plenitudo , & venti latio celebretur in vasis majoribus , aut si propter errorem in viœtu , causa morbi firmata sit in prima regione , ea deposita per leniens pharmacum ; sic enim methodicè occurrimus causæ morbificæ , juxta Galeni firmissima dogmata satis trita .

Firmiter etiam fateor , plura noviter esse ad inventa auxilia experimentis comprobata , rationibus tamen confirmata ; quare non quia nova sunt reprobanda , nec semper amplectenda , si ipsis non assistat ratio : idéoque cùm venæ sectio ex talo inviolabiliter exercenda in omnibus morbis , habeat contra se tot , & tam varia funda menta , qualia à nobis sunt adducta , & infirmità adducenda , meritè reprobatur , non quia nova , sed quia infirmis validatur fundamentis , quæ minimè convincunt , semper , & in omnibus morbis venæ sectionem indicantibus exercendam esse . Insuper etiam fateor Galenum in gravidis , senibus , & pueris sectionem venæ improbare ; cùm certum sit nostra ætate , feliciter sàpè numerò exerceri , sed hoc nihil contra nos probat , quandoquidem præcepta adducta potius doctrinalia , quām inviolabilia consentur ab omnibus ; at venæ sectio in talo in omnibus morbis , minimè est experientiâ confirmata tanquam auxilium magis præsentaneum , & proficuum , cùm potius experientia demonstret , in febribus ardentibus , & morbis capitalibus , venam sectam in brachio mirificè prodesse ; cùm ipsa habeat rationem revulsionis , derivationis , & evacuationis , ut latè ex infirmitate adducendis constabit . Et quidem certè vellem à Contrariis scire , quod etiamsi sàpè justificet venæ sectio in talo in aliquibus , & pluribus morbis cur , si in ipsis venam secerint in brachio , eandem utilitatem , & forsitan sàpè maiorem non consequerentur : si id negent , gratis & sine fundamento assentur , cùm rationes in contrarium clament , & nullum experimentum in contrarium adduci potest , nisi in casibus , quos excipimus , & latius in nostra conclusione declarabimus .

Premittitur ulterius doctrina Hispalensium Doctorum , & præcipue Doctoris Calderæ ; nam dubium non est , quin possit excitari ardens aliqua febris , aut angina , aut plevritis , absque ulla consensu cum venis meseræi , omnino in culpatâ existente primâ regione , solum præcisè ex putredine concitatâ in vasis majoribus , aut in loco determinato , ut in plevra , aut pulmone inflammato , prorsus cessante omni consensu cum venis meseræi ; à quo , in hac opinione , indicatur venæ sectio ex talo . Quâ suppositâ hypothesi , necessitas , & indicatio urget , ut venam in brachiis secerimus , ventilationis gratiâ , & ut causam morbificam deponamus : ergo non est perpetuò verum , & inviolabile præceptum venam tundere in talo in omnibus morbis , & febribus sanguinis missionem indicantibus .

Doctor Caldera fateretur planè , id posse contingere , & nihilominus censet ex talo vacuandum esse , semel saltim , aut bis in adductis casibus : quoniam in omnibus febrilibus morbis calor præternaturam , per omnia corporis spatio diffunditur , quo sit ut licet febris , aut alijs affectus ex numeratis incipiatur , inculpatis meseræi humoribus , sit prorsus necessarium , ut illos postea coafficiat , extraneo calore , sive unctione , aut putredine , pro recipientis aptitudine : quoniam cùm illi aut ratione loci , aut propriâ naturâ sint ad ebullitionem , aut putredinem parati ; quia naturâ pravi , inutiles , inculcati , & à naturæ regimine deserti , & indè ut à febrili calore concitantur , ut emitant vapores , aut exhalationes exustas , & omnino deterrimas , quo impio consensu , aut febris intendatur , aut in aliam na-

turam sui deteriorem degeneret, aut nova con-
cent accidentia, prædictarum exhalationum
gentilitia. Et ob hanc rationem firmiter tener,
semel, aut bis vulnerandum esse talum, ut im-
pediat ascensus pravorum exhalationum; quip-
pè meseræ vasa coafficiuntur putredine, aut
ustione; & cùm sint veluti sentina, in quam na-
tura solet depositare humorum pravorum collu-
vium, fit inde, ut meritò venam tali secemus,
etiam si ante inculpata sint meseræ vasa.

Hanc doctrinam corroborare intendit, ex eo
quod proiectis accidit mulieribus, quibus jam
ætatis ratione, evanuerunt menses; nam si inci-
dant in morbos acutos, ex tali sanguinem mit-
tere incipimus, licet in illis nulla suppressionis
sit suspicio, neque adhuc uteri humores effer-
vescant, non alia ratione, nisi quia natura solita
ad has partes transmittere, aliquid in illis
continet reservatum, quod febris occasione con-
citatum, aut febrem, aut acutum affectum, pra-
vo illo contagio coafficiat, quo ambo in ægroti
perniciem, mutuas tradant operas: quare semper
dignum prudentiâ censemus, & omni ratione
consultissimum, in dictis casibus incipere cura-
tionem vulnerando talum, ob timorem rationa-
lem deterioris morbi, & ut ascensus vaporum
pravorum impediatur ad superiores partes, quod
accidere credendum est, communicatà putredine,
& serpente ad vasa meseræ, in quæ natura
solita est etiam, transmittere pravos humores.
Vnde censendum est, jure optimo, in illis esse
aliquid reservatum, quod augeat febrem, aut
alterum affectum generet acutum.

Solutio quidem frivola, & tanti Autoris in-
digna: etenim licet calor febrilis omnibus parti-
bus corporis communicetur, & putredo serpat
usque ad vasa meseræ; inde non colligitur in ip-
sis deteriorem conditionem comparare, potius
quam in partibus aliis superioribus, in quibus
potest esse deterior dispositio ad putredinem, aut
ustionem, propter ventilationem prohibitam,
coacervatis humoribus, in plevra, aut pulmone,
& excitata inflammatione, quæ sit deterioris
mali occasio, quam si putredo augeatur in venis
meseræ: in quo eventu sanguinem esse mitten-
dum ex brachio inconcussum est apud omnes
Medicos, & id fateri debere Doctor, cum in casu
adducto vasa meseræ nullum præstent consen-
sum, aut occasionem alterius morbi deterioris
conditionis: ac per consequens sine fundamento
asserit venam esse secandam semel, aut bis in
talo, priusquam accedamus ad scissionem venarum,
quæ sunt in brachiis: quandoquidem per
has melius, & facilius & citius deponitur causa
morbifica, & avertitur à jecore, aut pulmone;
sive plevra, celebrando revulsionem, & deriva-
tionem, quod minimè lucramur si venam tali
secemus.

Argumentum autem à simili, quod adducit de
mulieribus proiectis, quibus jam ætatis ratione
evanuerunt menses, nullius roboris est, imò
gratis assumit in ipsis morbo acuto correptis, ve-
nam esse secandam in talo, etenim contrarium
exerceri debet, & id sapenumero experimento
confirmavimus cum felicissimo eventu, venam
secando in brachiis, quippe tunc in dictis mu-
lieribus, natura cessavit à suo munere, ritè, &
secundum rationem, cessante in ipsis fine propa-
gationis, cuius ratione natura redditabat singu-
lis mensibus: chimæricum ergo erit judicare,

naturam, quia solita ad uterum transmittere,
in ipsis uteri vasis esse aliquod coquinamentum
reservatum, ratione cuius febres accendantur
deterioris conditionis, quandoquidem (ut fate-
tur Doctor iste) nullius suppressionis est suspicio;
unde neque in his, neque ob hanc rationem in
venis meseræ est necesse, ut aliquid sit reser-
vatum, ut febres reddantur deterioris conditionis,
neque ut affectus deterior generetur; ac proinde
in casu adducto in arguimento, liberè, & secu-
rè, & absque calumnia aliqua, neque novo pe-
riculo, debemus secare venas in brachiis, si
methodum Galeni rationalem insequi tenemur.

Premittur amplius hæc doctrina, ex eo quod
sapenumero plures homines in statu perfecto sa-
nitatis constituti, & præcipue Athletæ incident
in febrem ardenter, aut synochalem, quin in
ipsis sit suspicio aliqua offendit in venis me-
seræ, nec præsumatur illa fœculenta colluvies in
ventre adservata, præcipue in ætate puerili ro-
busta, & in viro temperato à tali succorum na-
tura prorsus alieno: in quo eventu cessat potis-
sima illa indicatio à Contrariis machinata ex
consensu cum venis meseræ deducta: & tamen
persistit illa indicatio, quam consultit urgentia,
qua per venas communes sibi consociales
proximè è directo vacuare: in febre quidem ex
axillati vena; in cæteris affectibus ex illa, quæ
cum parte consentit: ergo tunc frustrè erit, tali
venam secare. Et si aliquis respondeat casum esse
metaphysicum; frivolum est, quandoquidem
plures homines, & pueros robustos perfectâ sa-
nitate fruentes videmus, in quibus facile expe-
rimur ipsam plenitudinem esse causam incidendi
in febrem, prohibitâ ventilatione, aut ob ali-
quam externam causam: ergo non solum casus
adductus non est metaphysicus, imò potius re-
gularis, & expertus; ac proinde methodum ge-
nerale mitendi sanguinem, ex tali omnino
dirimit in omnibus febribus; neque esse regulæ
generalis adductæ à Contrariis limitationem, ob
peculiarem eventum: imò planè existimandum
est, perverti regulam illam generalem ab Hispani-
bus Doctoribus, & minimè esse solidâ veri-
tate fulcitam, neque alicuius urgentiae ratione
limitari; quandoquidem casus adductus non est
peculiaris, sed communis satis, cum sœpè ac-
cidere possit, idèque claudicare fundamentum
Contrariorum: neque esse æternæ veritatis, cre-
dendum est; si fundamenta à nobis adducta ma-
ture perpendamus: imò apud Hippocratem lib. de
affectionibus legitimus text. 19. de lienis sermonem
instituens, in quibus in regione lienis, & ipsis
vasis pravi humoris continentur, ubi de biliosis
hæc profert verba. *Quicunque splenem habent
magnum si biliosi fuerint, hi mali coloris sunt, ma-
lis ulceribus sculent & ex ore grave olent, & te-
nues evadunt, & splen durus est, & semper consimili
magnitudine, & cibi non secundunt.* Videas, obse-
cro, signa depicta ab Hippocrate testificantia,
pravam humorum colluviem stabulantem in lie-
ne, & ipsis vasibus, à quibus accidentia ferocia
accidere possunt, consentientibus partibus su-
perioribus, aut venoso genere. Sed perpendas
obsecro medelam, quam vetustissimus Senex pro-
ponit per sequentia verba: *Biliosis autem conductit,
ut per viëum humectantem alvum, & vesicam sub-
ducamus, & ut de vena splenitide frequenter san-
guinem mittant, & medicinis urinam carentibus
utantur, & per anni tempora bilem purgent.* Hæc
Hippocrates

Hippocrates ad nostrum intentum. Ubi planè confult in his venam splenitidem frequenter esse secundam, nullà factà mentione de vena tali, & insuper purgandam esse bilem: si ergo nulla major copia humorum pravorum potest considerari in venis meseræ, quā illa, quam in lienis vasis narrat Hippocrate, ut ex signis adductis constat planè: & tamen confult venam secundam in manu frequenter ex vena splenitica, quin obster consensus aliquis cum ipsis venis lienis: ergo quomodocumque vasa meseræ sint occupata crudis, & pravis humoribus, minimè indicant sanguinis missione ex tali, nisi in casu à nobis *suprà* adducto, in quo affectio talium vasorum sit origo, & formes alicujus affectus; in quo eventu ex origine esse vacuandum nemo dubitat, ut fomitem, & consensus aboleamus.

Alteram adducit prudentem cautionem, seu limitationem circa propositam resolutionem; nempè in viris, qui annum quinquagesimum attingunt, & sunt debiles, & longè extenuatis, minimè fore in morbis à sanguinis missione ex tali incipiendum, nisi morbus ex suppressione alicujus evacuationis procedat; rationem reddit, quia in senibus crudotum succorum adeat abundantia, & paucis sanguinis copia & spirituum minima, quo sit ut aquæ calidæ balneo, & fricatione facile exolvantur; his accedit ut artificis incuria periclitentur, dum plus sanguinis exire permittit, quā ferat illa ætas; cùm etiam certum sit in magna cōpia aquæ, non posse legitimè sanguinis quantitatem metiri. Certum eriam judicat, si quid in ipsis est utilis sanguinis, alterius pravi sanguinis consortio defœdari: at si celebretur in ipsis sanguinis missio ex brachio, nullum accedit periculum ex dictis. Neque hanc limitationem regulam generalem vulnerandi talum invertere judicat.

Hæc peculiaris doctrina claudicat: etenim omis sâ frivola ratione de mensura sanguinis, qui extrahitur propter incuriam artificis, & resolutione, quæ accidere potest ex balneo aquæ calidæ, & fricatione, quæ nulla eget impugnatione; cùm certum sit, posse à prudenti artifice mensurari, neque resolutionem aquæ calidæ, & fricationem esse alicujus momenti; tamen ex nullo alio capite esse improbandam vena sectionem in tali, in quinquagenariis, juxta suam opinionem firmiter tecno: nam ipse in appendice fol. 283. planè fatetur sectionem vena in tali, minus effœminare vires. Patronum adducit Daniëlem Sennertum lib. 2. de febribus cap. 5. ubi refert sequentia verba Sennerti: *Major vero est utilitas vena sectionis in pedibus, pricipue si simili revellendum sit: nam si vires sint debiles, & materia caput petat, & capitidis dolor, & vigilia infestent, commodissimè & cum summa utilitate vena in pede aperitur, quæ evacuat, revellit, minusque vires dejicit.* Hucusque Sennertus profet adductus. Ex quo sic contra ipsum Calderam insurgo: nam pauci sanguinis utilis copia in senibus, & debilitas, atque extenuatio erat obstaculum sanguinis missione ex tali; sed hæc minus effœminat vires, quā ea, quæ ex brachio exercetur: ergo tutior erit illa, quæ fit ex tali; quippe si sectionem in brachio vena ferunt, posteriori ratione eam, quæ celebratur in tali, cum minori dispendio spirituum ferre, & tollerare debent, cùm illa neque opponatur viribus, neque extenuacioni.

Ulterius si impedianc cruditates, quæ gentilitiæ
Henriquez Laureæ Mediceæ Tom. III.

in hac ætate præsumuntur, aut debilitas, & penuria spirituum, etiam erunt impedimento ad sanguinis missione ex brachio, aut forsan eductio nem per leniens pharmacum indicant. Si autem respondeat, quod crudi humores, & fœculenti sunt permixti cum sanguine, id est vena sectionem indicare. Contra instati potest hæc solutionem in prima regione, & in venis meseræ fœculenti humores stabulantes, indicant sanguinis missione ex tali, propter consensus, quem habent cum omnibus morbis: ergo potius in senibus secunda est vena tali in principio, quandoquidem sectionem vena in brachiis tollerare possunt, in qua est majus spirituum dispendium; & aliæ, vena secta in tali impeditur consensus ille cum partibus superioribus, à quo omnes morbi pendent in hac opinione: ergo limitatio prædicta in senibus quinquagenariis, debilibus, & extenuatis, nullius est momenti; & si concederetur hæc, & aliæ limitationes evertunt sine dubio dogma illud generale de sanguinis missione ex tali.

Ita etiam ex alio principio prædictus Doctor Caldera deducit, sanguinis missione ex tali convenire in omnibus morbis à principio, etiam si vena meseræ, aut hæmorrhoidales, causam non præsent, semper ad omnes morbos propter humores fœculentes in ipsis adseratur; etenim ad feriendum talium semper in principiis, sat est quodd hepatic sit hujus fluxionis origo, uti sanguinis fons, & scaturigo aliorum humorum. Itaque si incipiente phrenitide, aut suffocante anginâ, ex brachio celebraretur sanguinis missio, esset inevitabilis attractio ad partem laesam; nam per venam cavam ad jugulum dilabitur, & defertar sanguis: ergo tantum abest, ut vena secta in brachio fluxionem ad supernas partes inhibeamus, ut potius ad ipsa membrana patientia, ipsam fluxionem convocemus; quare rationabilius judicat, venam secare in tali, ne affectiones prorsus irremediabiles reddamus, & omnino despatas; satius enim est, ex tali sanguinem extrahere, ut phrenitidem aut anginam suffocantem deleamus, quā ex brachio, quæ sanguinem ad cerebrum, & fauces commoveret.

Cæterum, omnia hæc futilia & vana sunt; non enim secta in brachio vena humorem, in phrenitide, aut angina, ad cerebrum, aut fauces deducit. Etenim humor per venam cavam ad superiora præternaturaliter delatus, priusquam ad capitis venas ascendat, seu in carotidas ingredatur, ad jugulum pervenit. Unde ad brachium utraque, & basilica, & cephalica vena derivantur, his ergo sectis, humor, qui per jugulum ad caput impetuoso movebatur, in medio cursus distractus, ad brachij sectionem necessariò divertitur, quia ut vacuum, per vena sectionem derelictum, suppleatur, non aliundè humor fluit, quā à vena cava, per quam humor ille sursùm rapicbatur: qui statim ad brachium moyetur, ratione vitandi vacuum; unde mox quo ad cerebrum tendebat, jure optimo intercipitur, & ad distantem, & cerebro contrariam partem, non dubiè revellitur, neque ad ipsum ullo modo attrahitur. Hinc sit ut si rigorose loquamur, talis humoris distractio à cerebro, minimè derivatio nominetur, quippe non à viciniis venis cerebri, sed potius à vena cava, quæ jugulo inseritur tetrahitur talis humor: igitur revulsionis nomen meretus sectio vena in cubito in affectibus capitalibus: quo-

niam per ipsam humor fluens, contrario motu movetur; etiamsi non sit ad partem distantissimam, qualiter fieret, si ex talo celebraretur venæ sectio: sufficit ergo ut revelamus per venæ sectionem brachiorum, in affectionibus adductis, ut humor, qui ab extremo venæ cavæ in jugulo implantatæ, ad caput movebatur, retrahatur ad brachium; nam tunc ab incepto motu desistit, & in contrarium locum à cerebro distantem movetur: falsò ergo & sine fundamento afferit citatus D. Caldera per venæ sectionem in brachiis humorem concitari ad partem affectam.

Nec valet si Respondeas pro citato Doctore, quod dum sanguis ex brachio emittitur, major ipsius copia per venam cavam sursum movetur, quam per venæ sectionem vacuari possit; etenim potius ad pensum, quo per venam educitur, sursum usque ad jugulum movetur; undè priusquam ad capitum venas progrediatur sanguis, ad brachij incisam venam statim revellitur. Rationem supratetigimus; cuius doctrinæ Autor est sapientissimus Cornelius Celsus lib. 2. cap. 10. ubi posteriori verba sequentia commendavit. *Neque ignoramus quidam afferere, quam longissime sanguinem inde ubi latit, esse mittendum, sic enim averti materia cursum: at illo modo (scilicet ex vena brachiorum) in id ipsum quod gravat evocari, sed id ipsum falsum est; proximum enim locum, primo exhaustum, ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quantum emititur.* Quibus verbis maturè pensatis, clarissime constat argumentum, quod videtur militare contra nostrum placitum, minimè latuisse Cornelium Celsum; cui fecit satis, quia eo passu, quo sanguis, per venæ sectionem emititur in brachio, eo ipso per venam cavam ad jugulum defertur, & etiam ad brachium divertitur, ut supra insinuavimus; undè minimè, neque ad cerebrum convocatur, neque major quantitas in ipsum movetur. Ex quo planè constat hunc philosophandi modum, non esse novum nostro saeculo, cum Celsus ipsum referat, & refellat.

Porrò, quod non fluat major copia sanguinis ad cerebrum, quam per sectionem venæ extra movetur, docuit expressè Horatius Augenius lib. 7. de missione sanguinis cap. 26. per sequentia verba. *Primum, quod non putaverim scalpello incisa vena sanguinem educi per expulsionem; etenim aperto vase sanguis sponte fluit, band securus, quam perforato dolio, vinum effluere videmus: quid ergo queso, adest in dolio, hanc expulsionem faciens, aut que virtus adest in vino illud foras expellens?* Planè ergo deducitur ex his majorem copiam sanguinis minimè moveri per venam cavam ad caput quam, qua per venæ sectionem fluit ad extrâ, quippe nullus apparet finis, ob quem major sanguinis copia concitetur ad caput, & superiores partes. Et licet bene verum sit, interdum propter nimiam plenitudinem, aut ex eo quod sanguis irritante aliqua qualitate polleat, naturam lacefiri ad expulsionem. Hoc tamen non est perpetuò verum, cum sàpè venam secemus, nullâ existente plenitudine, & nulla qualitate irritante adjunctâ in sanguine; & tunc quidem sanguis eodem modo ad venam sectam dilabitur: non ergo semper ab expulsive facultate propulsatur, sed potius ad evitandum vacuum ut repleatur locus ille derelictus à sanguine, qui primò fluit sectâ venâ. Chimericum enim judico virtutem aliquam attractivam primo sanguini fluenti inesse, quâ attrahere dicâ-

tur succendentem sanguinem; itaque eo passu quâ prima guttula sanguinis movetur venâ incisâ, moventur & ceteræ, quin succendentibus aliquis communicetur impulsus.

Ulterius corroboratur assertio nostra: nam sanguine misso plenitudo minuitur, aut sanguinis copia in vasis, quo fit, ut ipsa aliqualiter concidant, ut repleant, necessariò sanguinis fluentis locum derelictum, gratiâ vitandi vacuum: ergo ut totaliter vîtetur vacuum, concurrente etiam partialiter sanguine, non est necessaria tanta copia, quanta fluit per scissuram, undè nec major nec tanta copia sanguinis movebitur sectâ venâ, usque ad jugulum per cavam venam, licet in ipsa major sanguinis copia successivè moveatur; non quidem ad eundem locum, sed ad diversos, qui ex diversis sanguinis portionibus relinquuntur, qui subsequenti sanguine occupantur.

Premitur ulterius solutio addueta. Nam venâ sectâ in brachio velocissimè deponitur, nimirum sanguinis copia ex vena cava: sic dictabat Gal. in comment. ad lib. 4. de viâ acutor. sequenti serie. *Velocissime, & plurimum, ex his, quæ principes sunt partibus vena ea corpus evacuat.* Undè sic infero; si secta vena in brachio tunc sanguis ad cerebrum fluat per basilicam venam vacuatus, talem motum ad cerebrum cohibet, & meritò revulsiva dicitur venæ sectio in brachio; siquidem ab origine fluxionis exhaustit sanguinem, nempe à vena cava, saltim à medio loco fluxionis, & minimè ex vasibus vicinis ipsius capitum, ex quibus derivatio celebratur: ergo si priusquam ad caput, neque ad jugulum ascendat sanguis per brachium divertitur ipsius venâ sectâ, sine dubio ab incepto motu desistit, & contrario motu movetur: ergo jure optimo poterit dici revulsiva, & minimè poterit sanguinem ad cerebrum convocare, neque attrahere, & licet unica sanguinis missione celebrata in brachio, prorsùs non impediatur, & refellatur sanguis à cerebro; indè non bene infertur ad cerebrum attrahere humor, aut sanguinem; quia hoc ipsum accidit, etiamsi venam in talo iterum, atque iterum vulnerem: non ergo bene infertur, ex eo quod per venæ sectionem ex brachio prorsùs non refellatur motus sanguinis ad cerebrum, quod talis venæ sectio ad ipsum cerebrum sanguinem trahat.

Constat ergo ex supra dictis nec moveri majorrem sanguinis copiam, nec tantam ad partes superiores ex vi sanguinis missionis factâ in brachio, quanta per venæ sectionem extrahitur: quoniam solum illa portio sanguinis existens in vena cava movebitur, quæ pro vacuo à sanguinis portionibus successivè derelicto adimplendo sufficiat. Praeterquam quod ultra sanguinem in vena cava locatum, alia etiam corpora ad illud vacuum supplendum, occurtere possunt, qualia sunt aëris portiones, quæ necessariò in omnibus corporis cavitatibus circumferuntur, necnon etiam vaporosæ substantiae, quæ intra corpora fumigant: non ergo vena secta in brachio tanta sanguinis copia per venam cavam movetur, quanta extrahitur.

Denique corroboratur, & validatur assertio nostra: quia venâ sectâ in brachio, sanguis à venis capitum deorsum fluit usque ad jugulares externas, & internas, & per finem venæ cavae in jugulo sita: ergo à sanguine per basilicam ex brachio deorsum fluenti impeditur, quominus altera portio sanguinis sursum per easdem venas ascenda, praesertim cum etiam in hac peculiari opinione

opinione sanguinis missio ex brachio sit derivativa, & non alia ratione, nisi quia ex venis capitis sanguinem haurit, quod non aliter, nisi deorsum ad brachij sectionem fluendo præstari potest: Si autem hoc negare ausi fuerint Adversarij, necessariò fateri tenentur, sanguinis missionem ex brachio esse omnino revulsivam; pro nostro intento. Ex his ergo planè constat venæ sectionem ex brachio in affectibus capitalibus, sanguinem ad cerebrum minimè deducere, iudicium ipsum sanguinem à cerebro derivare, & revellere: ac per consequens non solum non esse nocivam, sed valde utilem pro exterminatione talium morborum.

CAPUT III.

In quo verior sententia eligitur.

ADVERSARIORUM fundamentis præcipuis præjectis, priusquam litigiosam nostris temporibus controversiam dirimamus, statuendum est id, quod sine controversia omnes Medici fatentur: nempe sanguinis missionem tripartiri in revulsivam, derivativam, & evacuativam. Ex his venæ sectio merè revulsiva humoribus dumtaxat paratis fluere, seu fluere initianibus debetur. ut in contrariam, & distantiorem partem ad quam fluunt, celerrime, & facilius transferantur: Itaque hæc venæ sectio revulsiva, quæ omnino impermixta est cum derivativa, & evacuativa, humorum respicit, qui necedum partem lasciam, seu ut loquar rectius, paratam recipere, tetigit, nec morbum actu causat, est tamen paratus, utrumque facere: sic cordatus Medicus præcavens motum prædictum ipsum compescit, per venæ sectionem merè revulsoriā, quæ jure optimo, prædictum motum in partem debilem, seu affectam frangere valeat; unde postquam humoris impetus, seu motus prorsus cessavit, aut fuerit imminutus, tunc sanguinis missio merè revulsiva minimè exerceri debet: quoniam humor in parte affecta locatus, & contentus & in vicinis vasis existens, peculiarem indicationem exposcit, seu providentiam, quam sanguinis missione merè revulsiva, nequaquam consequimur, sed derivatoria, & evacuatoria, de quibus infra erit sermo.

Revulsio igitur humorum fluentium ad contrarias, & distantes partes celebrari debet, aut ad ipsius fluxionis originem, quam mandantem Medici appellant partem. Ita Hippocr. lib. de humoribus docuit, sequentia verba posteritati commendans. *Medela evocatio, derivatio in caput, in latera, qua maximè repit, aut revulsio, in supernis deorsum, & infernis sursum.* Idem testificavit 6. epidem. part. 2. contextu 29. sequenti serie, *Revellere, inquit, Si quò non oportet repit; si autem quò oportet his aperire, ut repunt unaquaque.*

Cæterum contrarietatem hanc, quam secum affert necessariò revulsio juxta quatuor diametros considerandam esse, docuit Gal. libell. de Revulsione, Prima contrarietas compensanda est (inquit Galenus) à superioribus ad inferiora: secunda à posterioribus ad anteriora; tertia à dextris ad sinistra; quarta, & ultima ab internis ad externa, quam sine fundamento plures Medici omitunt, nisi forsitan ad aliquam ex tribus pri-

mò enumeratis ipsam reducant: etenim si pars, quæ in medio corporis est locata, male affecta sit, aut morbo aliquo corripiatur, nulla ex parte poterat celebrari revulsio, si hæc ultima contrarietas non concedatur, quoniam nulli parti esset loco contraria; siquidem hæc pars superiora ab inferioribus, anteriora à posterioribus, & dextra à sinistris separat: habet igitur non dubie aliam contrarietatem, quam communiter vulgares Medici omiserunt. Ulterius etiam ex Hippocrate recipere debemus, omnes evacuationes fieri debere per communes venas, servatā rectitudine cum particula affecta: Legas, obsecro, per otium Vallésium nostrum lib. 7. controversialum cap. 4. de rectitudine venarum, ubi ad unguem solitā acutie, & claritate, venarum, quæ à jecore oriuntur, anatomem describit, necnon etiam locupletissimam doctrinam de revulsione, derivatione, & evacuatione adducit, à qua omnes tanquam ex limpidiſſimo fonte firmissimam doctrinam exhauiunt.

Hanc igitur inconcussam doctrinam de venarum rectitudine, natura docta, sine Doctore, nobis quotidianis experimentis demonstrat, etenim evacuationes, quæ sponte naturæ sunt; si secundum rectum celebrantur, sublevant periculum, si minus non sublevant, est enim familiarissima naturæ, hæc rectitudinis observatio in evacuationibus, necnon etiam in abscessibus; deponit enim membrum quocumque sua excrementa, in partes quæ sibi lateris confortes sunt, potius quæ in adversas: Sic ex hepatis plenitude, in dextro inguine, frequentes excitantur bubones: ex liene affecto, in sinistro: ita Hippocrates dictavit 6. epidem. parte 2. textu 12. per sequentia verba. Secundum rectum, est costarum dolor, & hypochondriorum contentiones, & lienis elationes, & ex naribus fluxiones, & aures, secundum rectum. Galenus etiam 3. de crisib. capite 3. Hippocratis doctrinam amplectitur, laudans evacuationes quæ secundum rectitudinem celebrantur ad optimi judicij fidem, perpendit verba: *Oportet autem sanguinem recto cursu fluere ex dextra quidem nare, propter hepar, & ea, quæ sub dextro hypochondrio sunt, è sinistra autem, propter lienem, & vicinas partes:* Cū igitur Medicus imitari naturam debeat, consonum erit, artis præcepta, cum operibus naturæ copulare, evacuando secundum rectitudinem. Sic omnes hanc doctrinam uno ore fatentur.

Aliis etiam prærogativis gaudet venæ sectio, quibus mirificè morbis opitulatur, quarum una dicitur derivatio, & ultima evacuatio nominatur; quando ergo humor, qui dicitur morbifica causa stabulatur in vicinis vasis affectæ particulae; instat indicatio derivandi per sanguinis missiōnem, & tunc dicitur derivatoria, quoniam ex proximis venis cum membro affecto, avertit sanguinem, seu humorum, qui proximus valde est, causare morbum. Cæterum, quando humor jam est impactus in loco affecto, & in ipso infixus, morbum actu causat, tunc quidem indicat, & petit extractionem per ipsam partem, quippè ex ipsa ad extra facilior fit exitus, & tunc venæ sectio, quæ id præstat, jure optimo dicitur evacuatio, quæ differt valde à revulsione, & derivatione, quoniam illa per distantes, & contrarias partes celebrati expedit; derivatio per vicinas, sicut evacuatio per venas, quæ sunt in ipsa parte. Itaque per derivativam venæ sectionem

humor minimè avertitur ad contraria loca , sed vicinas partes derivatur, & avertitur ; at per evacuatoriam sanguinis missionem humor per venas , quæ ipso loco sunt conjunctæ , evacuat melius , & facilius , quād iterum possit ad venas remeare , & ad altiora corporis loca non sine periculo deferri: Porro si evacuationem commode exercere non possimus , consultius erit saltim per vicinas partes , seu proximiores venas evacuationem tentare. Audite Gal. lib. de cur. rat. per sang. mission. cap. 19. sic fantem. Quod si nequeant saltim ex viciniis Eternum in incipientibus avertire , quod infinit , expedit ; in inveteratis autem , ipsum tantum , quod affecta parti infixum est evacuare ; evacuabitur id porrò optimè per venas conjunctas cum iis , quæ in partibus ipsis sunt sitæ. Quibus verbis totam doctrinam de revulsione , derivatione , & evacuatione ad amissum exploravit , ut inde constet , meram revulsionem præcisè sumptam omnino excludere derivationem , & evacuationem , & illam fluxuris , aut paratis fluere humoribus , aut initiantibus fluere deberi , derivationem verò jam fluxis omnes tam vacuationis species optimè copulari possunt , si meram revulsionem , & omnimodam contrarietatem omnino secludamus ; quod quidem poterit accidere , ut aliquam contrarietatem , secundum aliquod diametron servemus , quæ compossibilis sit cum derivatione , & evacuatione , ut accidit quandò venam secamus in plevrite ex brachio ejusdem lateris ; in quo eventu sectâ basilicâ venâ ejusdem lateris revellimus ex partibus internis ad externa : derivamus per venas vicinas , & evacuamus etiam humorem infixum in patienti loco , quoniam omnes indicationes instant avertendi , seu revellendi in contrariam partem , saltim secundum aliquod diametron ex dictis , humorem , qui paratus est fluere , & actu fluit ; derivandi etiam humorem , qui in locis vicinis stabulatur , & tandem evacuandi illum humorum , qui infixus jam est in plevra , quâ adhibitâ sanguinis missione juxta Galeni saltim opinionem , & post transactum principium , aut depositâ plenitudine juxta Avicennæ placitum , & totius barbaræ Familiae , adimplentur omnes indicationes , quæ in plevre inflammatione se offerunt , nullâ oblita , quæ in memoria tenenda sunt , quia valde necessaria pro resolutione nostræ conclusionis. Denique oportet adnotare præter triplicem designatam venæ sectionis speciem ; aliam quidem generalissimam , exerceri sæpiissimè , quæ per se neque partem determinatam , neque humoris motum , sed ex toto universam respicit exuperantiam , quæ exerceri expostulat ante omnes particulares evacuationes , & ad topica auxilia debet præcedere , & hæc dicitur à Medicis universalis evacuatio , quia totum universaliter evauat.

His præhabitibus , tempus instat , ut nostram mentem aperiamus ; sit ergo nostra conclusio. Quod in omnibus febribus , & morborum capitalium principio , regulariter est secunda vena in brachiis pro legitima , & methodica curatione (exceptis limitationibus infra adducendis , & explicandis) Hæc est opinio classica , & nostris temporibus in regione nostra satis plausibilis , ab Antiquorum fonte deducta , & quidem minimè quia ab ipsis adducitur præcisè à nobis amplectitur defensanda ; non enim in verbo Parentum juravimus , sed in veritatis verbo stetimus , quip-

pè absque exquisito ipsius veritatis examine antiquitati codere solius antiquitatis ratione , est ignoratio timidei tamen servitus , & fatua ignorantia. Nos autem in præsenti litigio veritatis semitas insequimur , & rationibus manuducimur efficacissimis ab Antiquorum doctrina illustrato intellectu ; idè certè cum illis inire competentiam erit profectò indecens æmulatio , & contra tantorum virorum decus : quare æquum jam erit , ut in plausum hujus nostræ assertionis contra Hispalenses Doctores antiquorum testimoiiis , & ratiocinationibus validissimis militemus.

Sit primum testimonium pro nostræ opinio- nis corroboratione ex Hippocr. 6. de mor. vulg. com. 2. text. 9. ubi sequentia dictavit verba. *Dissimilia , si sursum repant elata , per inferna solvere , & contraria itidem , ut capitum purgatio , vena se- ctio.* Quibus verbis loquitur Hippocrates de propria revulsione , si expositionem Galeni perpendamus : audite ejus verba. *Postquam enim di- xit sursum elata , deorsum solvere , & contraria iti- dem ; elata quidem , idem quod concitata significare putandum est , ut de primo affectu exortu , ipse sermo fiat , jubenti ad contraria loca statim retrahere , deorsum quidem in iis , quæ superius ortum habent ; sursum verò in iis , quæ inferius. Prose- quitur Galenus paulò infra expositionem textus citati. *Humores namque sursum elatos ; hoc est , subline petentes , deorsum versus detrahere , haud rectè impetum facientes oportet , & contra decur- rentes in oppositum ducendi sunt , ut in capite vi- tiato purgatione per alvum , & sectione vena cubiti utendum est.* Hæc ultima verba , quæ miris cè probant nostrum intentum , sectatores contrariæ opinionis omiserunt , à quibus tota resolutio de- pendet , ideoque superficialiter ponderantes ad- ductum testimonium , gloriantur summoperè ad- ducentes in plausum suæ assertionis omnia prima verba : O misera hominum conditio ! hac ratio- ne judicans in affectibus superioribus ; in ipso- rum scilicet exortu talos esse feriendos , & inferioribus per brachij venas sanguinem esse mit- tendum (id enim absolute videntur significare illa textus citati verba : *Superiora inferius , & in- feriora patientia sursum detrahere*) Falluntur tan- men planè , si ultima commentarij citati verba ma- turè velint examinare ; etenim postquam revul- sionis naturam , quæ in morborum principio ; seu exortu requiritur , ad unguem explicuit ; du- bitationem resolvit per ultima verba nuper cita- ta sic. *Vt in capite vitiato purgatione per alvum , & sectione vena cubiti utendum est.* Constat ergo ex his evidenter , quod ut revulsionis præcep- tum adimpleat Galenus , & humores sursum petentes , deorsum deferat ; humor in caput ruuentem per brachij venas revellendum esse do- cet , quin de sectione pedum verbum adducat , forsitan quia ex capite ad brachium satis deorsum revellere putaverit : In cuius discursus confirmationem concludit sic. *Vtrunque enim evauat , re- trahitque deorsum.* Ergo in principio morborum capitalium ad partes contrarias , & distantes , & minimè ad distantissimas exerceri debet revul- sio , & sic venam cubiti secare jubet Galenus in exor- tu , aut principio morborum partium superio- rum , quæ contrarietatem , & communionem habet sufficientem cum partibus superioribus , ut humores sursum vergentes deorsum trahantur : & hac ratione interpretandi sunt Hippocr. & Gal. textus , qui de revulsione in morbis capitalibus loquuntur,*

loquuntur, nisi præcavere aliquos morbos intentat Antiquitas, in quo eventu humoribus patratis fluere, & initialiter fluentibus ad locum superiore, jure optimo perfecta revulsio, & omnino impermixta deberet præcautionis gratia, seu præcautoria curatione, & hac ratione in morbis capitalibus, qui timentur, tali venas vulnerato, ut *inferius* latius constabit in limitationibus pro nostra conclusione adducendis.

Cæterum, ut Galeni mens circa propositam *textus* expositionem planius capiat, & sua expositio proorsus absque calumnia aliqua libera sit, legatur in *com. 2. ad lib. Hip. de vñct. acut. sup.* textum satis tritum, *Si vero dolor ad claviculam pertigerit*; ubi sic fatur Galenus. *Nos vero partem eam, qua phlegmone obsidetur, tum celeriter, tum, quam ceteras partes, magis in acutis præsertim morbis vacuare contendimus. Quod sane vena cubiti interna facit, multiisque magis ubi sanguinis redundantia ad superiora vergere videatur, aut superiores thoracis partes affecta sint. Aurea profecto verba in confirmationem nostræ assertionis, quibus controversiam omnino absolvit, quin vestigium interpretationis pro contraria parte relinquatur, cum in superioribus affectibus, internam cubiti venam ferire jubet, quin de affectu jam facto, neque de sola derivatione intelligi possit, tum etiam quia corpus adhuc esse plenum fatetur, dum ait. Multiisque magis ubi sanguinis redundantia ad superiora vergere videtur. Morbum ergo capitalem incipientem meritò enarrat, quo tempore si judicaret necessariam venæ sectionem ex talo, illam sine dubio consuleret. Ergo in casu adducto, humores supra vergentes sanguinis extractione per venam cubiti revellit Galenus, non quidem jam fluxis humoribus, sed fluere incipientibus præstabat prævidentiam, & sic citissimam, & celerem revulsionem, qualis acutis morbis decet, administrat. Si ergo sanguine ad superiora vergenti, adhuc redundantia non deposita, revulsionem per talum non fecit, neque excogitavit, et si per ipsam plenitudo posset deponi; jure optimo colligitur, in cuiusvis morbi inflammatorij principio, seu in fluxionis principio cuiusvis morbi partium superiorum, posse cordatum Medicum absque calumnia aliqua venas brachiorum secare, quibus humores sufficienter revellimus, & avertimus à partibus superioribus, quin sit necessarium recurrere ad ferriendos talos.*

Suffragatur Avicenna Arabum Princeps *lib. 3. fñ 1. doctr. 2. cap. 3.* ubi phrenitidis curationem adducit per sequentia verba. *Communis quidem cura specierum ejus verarum est phlebotomia ex cephalica, & extractio sanguinis conveniens, imo multa valde, & incipiat hoc loco, sicut incipiunt humores. Neque valet effugium commune, nempe quod Avicenna adducat medelam phrenitidis jam factæ, & non incipientis, nam ultima verba contrarium demonstrant; Et incipiat hoc loco sicut incipiunt humores. Loquitur ergo de morbi principio, & non de ipso, prout est in statu, in quo parum, aut nihil fluit ad cerebrum, neque credendum est, virum adeò præstantem omittere in morbo ita gravi, & acuto curationem per auxilia debita in principio, & toto tempore fluxionis, & solùm expressare remedia, quæ morbo jam facto debentur: Ruit igitur omnino evasio, & tanquam vana, & chimærica posthabenda est.*

Exornat, & illustrat amplius nostram doctrinam celebre testimonium summi Dictatoris *lib. 2. de mor. vulg. text. 9. com. 5.* ubi sic loquitur. *Si capitis os fractum sit, dare potu lac, & vinum aquale equali; si autem ulcus sit, secunda sunt vena interna, nisi febricitet. En textum primo aspectu difficultem valde, & si quis oscitanter ipsum legat, videbitur, febrem interdicere venæ sectionem, quod alienum valde à ratione est, cum potius ipsam indicet; cæterum in hac hæsiatione Vallesius noster solitâ suâ subtilitate textus amphibologiam absolvit; nam capite ulcerato mox ab initio mitti debet sanguis, nisi admodum sit corpus inanitum, & exangue; non enim solùm profecto cùm redundans corpus succis est, vena est secunda; sed etiam cùm est eorum moderata copia, quia oportet membra aliquam penitiam pati, ne mittant ad caput, etiam si inde tractio agatur: verum sanguinis missio non eadem ex parte fieri debet, ex qua ob inflammationem, sed ex aliquanto remotiori; dum ulcus solitum est; & non accessit inflammatio; ergo si in capitis fracturâ, seu ulcere, non accessit inflamatio, vena interna, seu basilica secunda est, revulsionis gratia, ob morbum, qui nondum est, sed timetur in capite, hoc est propter inflammationem quæ meritò timetur in capite, quoties ejus os fractum est. Quandò igitur caput tentatur inflammatione, tunc quidem jam non est secunda vena interna, sed externa, quæ derivatoria etiam est, & minimè poterit concitari inflammatio sine febre, idque cordatè protulit Hippocrates, secundam esse internam venam ulcerato capite, nisi febris adsit, quoniam hæc supponit inflammationem in cerebro, quæ exposcit sectionem venæ non quidem internæ, sed externæ, quæ derivet ex capite, & revellat. En quomodo incipientibus capitis morbis, Hippocrates jubet secare venam externam capitis, & minimè neque internam, neque saphenam in talo, jubet esse vulnerandam: secunda ergo ob capitis ulcus vena interna est, seu basilica, nisi febricitet; si autem jam febricitet, externa vena vulneranda est, quia febris tentari jam exulceratam partem alio malo, veluti inflammatione, aut phrenitide indicat: Hæc est doctrina nostri Vallesij in prefati *textus expositione*. Ubi advertas, obsecro, illud verbum *Tentari*, quod absque dubio significat principium phlegmonis, aut phrenitidis in cerebro, in quo eventu juxta Hippocratis doctrinam jubet secare externam cubiti venam: jure ergo optimo incipientibus morbis partium superiorum venam cubiti secabimus, nullâ factâ mentione de sanguinis missione ex talo. Huic sententiae auxiliatur Cornel. Cels. *lib. 2. cap. 10.* ubi ait; *Videtur tamen usus ipse docuisse, si caput fractum est, ex brachio sanguinem mittendum esse.**

Premit etiam Adversariorum opinionem, & nostram dilucidat sententiam idem Galenus *lib. 13. method. cap. 11. sic.* *Si caput phlegmone labrat; humeralem incidere oportet, & si ea non cernitur medianam, ubi fecur, aut cor sic afficiuntur, internam: nam in angina, primò ex cubito, mox ex his quæ sub lingua habentur in his, quæ in occipite sunt, & eam, quæ in cubito est, & eam, quæ in fronte; renibus vero, & pudendo, & utero sic habentibus, eas quæ in cruribus sunt sita. Celebre quidem testimonium, in quo difficultatem propositam clarissimè absolvit, & non quod semel*

agendum in adductis affectionibus pro aliquo determinato tempore eruditivit, sed per totum morbi decursum, quid operandum sit declaravit: sic, in angina primò ex cubito sanguinem mitit, idest in principio morbi, sic etiam in occipitis morbis primò venam cubiti ferit, ut revellat, & derivet, postea ex fronte, ut derivet, ut evacuet, & consequenter eādem indicatione servatā in affectibus inferiorum partium venam poplitis jubet scindere, ut indē constet, neque in superiorum partium morbis venam tali esse secandam, neque in inferiorum partium affectionibus venam brachiorum esse vulnerandam, præsentī jam morbo: item eodem loco nuper citato cap. 11. dum jecoris inflammationem curare aggreditur, sic fatur Galenus. Ergo pariter tum revellendus, tum educendus, qui ad jecur fluit sanguis est, internā in dextro cubito scētā venā. Ex his infertur planè, quod cum sanguis fluit pro jecoris inflammatione causanda, est tempus in quo revulsio propriissimè convenit, & indī grātū, & tamē pro hac indicatione complenda, internam venam in cubito jubet secare, & minimē in talo. Ergo præsentī jam morbo sive jecoris, sive partium superiorum indignum judicabitur, & amethodum venam in talo aperire. Et quidem forsan ex Hippocrate hanc methodum arripuit Gal. 6. epidem. scēt. 6. text. 5. per illa verba. In doloribus proximum ventrem purgare, sanguinisque ventrem scindere, &c. ubi ex loco proximo, & minimē ex omnīdō contrario, ubi dolor infestat, jubet venam secare; consonat idem Galenus lib. de cur. rat. per sang. miss. cap. 16. ubi in plevritis principio, morbo scilicet præsentī, & humoribus fluentibus, venam secare jubet ex cubito ejusdem lateris patientis, quia clarissimam sēpē utilitatem affert, & non ex opposito latere, quia aut nullam, aut certē post temporis intervallum, cuius expressa verba non refero, quia satis trita in ore omnium sunt.

Addit insuper robur, & vim nostræ opinioni locus Galeni 2. de arte curat. ad Glauc. cap. 2. Nam si spleni inflammationem paciente sanguinem vis evacuare, interiores in manu sinistra venas secat, & si hepate, eadem ratione in dextra; si quid verò ex superioribus inflammationem habuerit, veluti in his affectibus, quos Graci Synanchas, & ophthalmias vocant, & quicunque alijs capiti advenierint eas, quae extrinsecus sunt, atque ē directo patientibus verò membris extremis à conjugibus evacuatio facienda est, sive retrahere velis, sive derivare, praterquam ubi passio sit inveterata. En Galeni testimonium præ cæteris citatis suadens nostram opinionem; etenim membris patientibus venas proximas, rectitudine servatā, consulti aperire; non quidem evacuationis gratiā, quippe eam solis inveteratis affectibus jubet administrari; sed revulsionis, & derivationis causā, ut verba citata ultima id planè demonstrant, dum ait, sive retrahere velis, sive derivare. Vnde infertur, Galenum in hoc loco revulsionem derivationi contraponere, necnon etiam utrumque scopum ex vicinis venis consequi, & minimē relata verba, & similia, quæ adducuntur ab eodem Autore, possunt interpretari de sola derivatione, cùm expressè proferat, Sive retrahere velis, sive derivare: Ergo de vera revulsione loquitur in ophthalmia, & synanche, & aliis affectibus superioribus, in quibus venam secare jubet in cubito externam, & ut simul revulsio-

nem moliatur respectu humorum fluentium & derivationem respectu eorum, qui sunt in vasis vicinis.

Consonat etiam idem Autor super lib. Hip. de humor. in com. ad text. 13. ubi revulsionis naturam ostendit per modum exempli, & adducit juxta Hippocratis mentem per sequentia verba. In quam etiam sententiam affirmamus, vena sectionem remedio esse vehementi sanguinis profusioni, ac nos sēpē id sumus experti immodecam sanguinis fluxionem, ita evidenter cohiberi, perspicuum autem est, venam humeralem ejus brachy, quod reēta via ei nari, è quā sanguis largè fluit, respondeat, incidentiam esse, sive ex utraque nare profundat, utramque venam secandam, neque enim evacuationis, sed revulsionis gratiā, venam inscidi mus. Ex his clarè infertur, quod ut sanguinem è naribus fluentem revellat Galenus, minimē distantissimam venam sitam in talo eligit, sed eam, quæ est in brachio, quæ distantiam habet sufficientem, & contrarietatem, ut revellat. Et insuper cùm per ejus sectionem vicina vasa membris patientibus inaniantur, simul etiam derivationem copulat cùm revulsione, & utramque perficit indicationem. Hinc disees, revulsionem, quam sursū & deorsū Hippocrates commendat, minimē de venis distantioribus à Galeno interpretari; oppositum potius manifestè dictavit, dum in affectibus capitum venas externas brachiorum, & in affectibus lienis internas venas secare jubet: Alienum ergo à ratione erit afferere cum Hispalensibus Doctoribus in morbis capitalibus, distantissima vasa, & omnīdō contraria vulnerare, quandoquidem verba Galeni contrarium planè demonstrant.

Nec valet effugium Adversariorum, affirmantium testimonia Galeni citata hucusque, in quibus venas brachiorum secare jubet, esse intelligenda de affectibus capitalibus, qui jam sunt facti, in quibus urget materia, quæ ad lœsam particulam effluxit, & in ipsa est jam imbibita, seu impasta, & minimē de humoribus fluentibus actu, & paratis fluere, quibus debetur revulsio ad distantissima loca, quam videtur supponere Galenus per universalem providentiam, quæ necessariò debet antecedere ad proximam curationem affectuum capitalium, quos proponit locis supra citatis, & hac ratione plevritidem venæ sectione ejusdem lateris curat, habitâ ratione materiæ imbibitæ in plevra, & non fluentis: & 13. metho. cap. 11. jecori inflammatione laboranti cubiti venarum apertione occurrit, quā jecoris, & vicinarum partium sanguinem pro viribus exhauriat universaliori revulsione alibi supposita, & sic de aliis philosophantur, ut suam opinionem noviter stabilire queant, irrationalitatem interpretantes Antiquorum mentem. Nam minimē credendum est, Galenum in morbo ita acuto, & gravi, qualis est lateralis, necessariam, & generalem providentiam tacuisse, omittendo sanguinis missionem ex contrario loco; quandoquidem plura minoris momenti auxilia non omittit, imò ex latere opposito vena scēta nullam, aut longum post temporis intervallum utilitatem praestare docuit: si ergo pro aliqua temporis differentia esset utilis, ipsam non dubie commendaret, si adæquatam medelam tanti mali adducere in animo erat, sic maturè considerantes præsentem expositionem, credere debemus, medelam adhiberi à Galeno, quæ opituletur humoribus

ribus fluentibus, & jam fluxis, quæ illicet à principio, & toto tempore fluxionis indicant revulsionem, & derivationem per venam brachij ejusdem lateris, quam tundere consulit, usquedem omnino evanescat fluxio, & solum quod impactum est in plevra urgeat, in quo eventu scarificare cucurbitulam supra locum affectum consuluere omnes Medici, ut humorem impactum exhaustamus, immo etiam fluxio non cessaverit, & urgeat nimis, quod impactum est in plevra. Noster Vallesius in expositione illorum verborum Hippocratis. *Derivare, cedentem revellere statim, renitentem cedere.* 6. *epidem, scilicet 2. text. 6.* in sequentia verba prorumpit. Ita etiam sapè in ejusdem internis inflammationibus, cum revulsioni non satis cederent, & timerem ne phlegmonis magnitudini anticiparent mori, alternatè utens missione sanguinis secundum rectitudinem, & scarificatione ab admotis parti cucurbitulis plurimos mibi videor mirificè morti eripuisse. Quod sine dubio administravit, ut utrique indicationi satisfaceret, revellendi scilicet, quandò venam rectam ejusdem brachij secabat, & derivandi; & evacuandi, quandò scarificabat locum affectum, eodem igitur tenore procedere debemus in morbis partium superiorum; quando jam sunt facti, & non imminentes solum; siquidem quod in particula continetur, & in vicinis venis derivationem expostular, & evacuationem, quod verò actu fluit revulsionem, sed non per omnino contrariam, & distantioriem partem qualiter in præcautione; sed per venas brachiorum, quæ habent sufficientem contrarietatem, ut fluentes, & caput irruentes in medio itineris revellamus, sed de hoc *suprà diximus*, & *infrà* latius dicemus.

Insuper etiam dum de inflammatione jecoris loquitur Galenus, & ipsius medela lib. 13. method. cit. minimè potest interpretari de indicatione sumpta ex humoribus imbibitis in jecore, cùm suprà sequentia verba scribat. Proponatur itaque jecur jam phlegmonem contrahere incipere, tum quenam malis ejus commodissima sit curatio, queratur: omnium ergo primum ab his, quæ retuli incipiens, an totum corpus inanitione indigeat, considerabis; quod si indigere invenis, venam cubiti secabis &c. Ergo in hac curatione methodicè procedens, ut assoler, primò ad totius providentiam attendit per illa verba. An totum corpus inanitione indigeat. Non ergo ad conjunctam causam, & humorem imbibitum in jecore attendebat solum; præcipue cùm proponat curationem jecoris inflationem contrahere incipientis, in quo eventu non omitteret, venæ sectionem omnino revulsoriā, qualis ex talo solet celebrati: si ergo secuit primò cubiti venam, sine dubio per ipsam adimpleri judicavit indicationem revellendi, & derivandi, quam consulere debet cordatus Medicus, nisi solum præcautionem talium morborum intendat: Revulso ergo in principiis morborum partium superiorum ad partes contrarias distantes, & minimè distantissimas est celebranda, ac per consequens in brachio est vena secunda, quæ cum affecta parte communicationem habet: Nec aliud intelligit Galenus per illa verba *sursum*, & *deorsum* humorem retrahere. Etenim ubi præsens est morbus in parte superiori deorsum trahitur humor, si cubiti venam ferriamus, quæ revellit, licet non ex distantiori loco, qualiter in præcautione facere debemus.

Hanc nostram Antiquorum sententiam inse-

quuntur Classicorum Doctorum principaliores, quorum unus est Paulus lib. 3. cap. 6. curationem phrenitidis adducens; ubi protinus è cubito sanguinem esse mittendum tenet, & quidem copiosè, nullà facta mentione de sectione in talo, cùm illicet à principio phrenitidis id fieri suadeat, ut illud verbum *protinus aperte* significat medelæ initium. Favet etiam candem opinionem citatus Doctissimus Cornel. Cels. loco *suprà allegato*, ubi & litigium adductum proponit, & absolvit sequenti serie. Neque ignoro quosdam dicere quā longissimè sanguinem, indè ubi lredit, esse mittendum, sic enim averti materia cursum, at alio modo in id ipsum, quod gravat evocari, sed id ipsum falsum est; proximum enim locum primò exhanrit, ex ulterioribus autem eatenus sanguis sequitur, quatenus emititur. Ubi adertas, oblectro, Adversariorum opinionem de mera revulsione, & ipsorum fundamenta proponere, & contrariam viam eligere, ratione confirmatam, ut ex verbis constat.

Item ex modernis Doctoribus, & Classicis in Arte medica, tuentur nostram opinionem Vallesius Complutensis Academiæ nostræ honor & gloria in suis controversialib. lib. 7. cap. 4. Complutensis semper laudandus Christophorus à Vega lib. method. Alexander Massari is, Petrus Forelius in suis observat. Mercurialis in Aphor. & Consultationibus. Sennertus & Zacutus, atque Lazarus Gutierrez Vallisoletanus in Febrilogia curs. 9. lect. 4. & tandem ferè tota Modernorum caterva, quos longum esset recensere.

Sufficient adducta antiquorum, & modernorum testimonia pro corroboratione nostræ assertio- nis, & agamus jam rationibus, quæ suadeant id, quod ex Antiquorum dictis, tanquam ex limpidissimo fonte omnes exhaustiunt, & quidem, si memoriâ teneamus id, quod in principio hujus capituli prænotavimus de revulsione, derivatione, & evacuatione, quæ competit humoribus paratis fluere in præcautione morborum, vel actu fluentibus in principio principiante, aut in vasis proximis laborantis particulae stabulantibus impactis, quibus convenit retræctio per derivationem, aut in ipso loco affecto, quibus debetur evacuatio per eandem partem, constabit sanè humoribus actu fluentibus in principio initante, & paratis fluere deberi meram revulsionem ad contrariam, & distantiorē partem, quæ prorsus impedit humorum motum, seu concitationem in partem debilem, in quam præcipitantur. Cæterum si morbus aliquis capitalis præsens jam sit, & non solum in parte affecta sint humores aliqui imbibiti, utrum in proximis vasis stabulentur, maximâque sit ipsorum saburra, tanquam proxima, & immediata causa augens morbum ipsiusque incrementum concitans, tunc quidem nullus cordatae mentis ignorabit retractionem per derivationem esse indicatam, ne in partem affectam incidat humor, qui vi fluxionis ad vicinas venas pervenit, & ne furiosus præcipitet celerem indicat retrofresum, qui sola derivatione ad proximiora loca regulariter perficitur. Denique humor, qui in partis affectæ venulis est imbibitus, & habet rationem causæ conjunctæ, evacuationem desiderat vel insensibili difflatione, vel topicis auxiliis administratis, quæ humorem impactum exhaustant. Hæc est expressa doctrina Hippocratis lib. 8. de humor. ubi de revulsione, & derivatione sic

Medela

Medela evocatio , derivatio in caput, in latera quā maximē repit , aut revulsio in supernis deorsum, in infernis sursum. Idem testificat 6. epidem sēt. 2. text. 29.

Ex his deducitur argumentum satis efficacissimum pro validatione nostræ opinionis. In principio cuiuslibet affectus capitalis , aut partium superiorum humor existens in vasis vicinis indicat sui ablationem, aut saltim ab affecto loco possibilem recessum : sed talis ablato causæ minimè lucratur per meram , & absolutam revulsionem ad distantissima, & contraria loca , qualis est ea, quæ celebratur in talo. Ergo ea minimè est administranda in principiis morborum partium superiorum. Minor suadetur, quia in principio morbi præsentis partem superiorem occupantis instat retractio illa derivatoria indicata ab humoribus contentis in vasis vicinis , qui habent rationem causæ proximæ , à quibus incrementum suscipit morbus ; sed hæc nullo alio modo melius depositur ; & evacuat , quād mediā derivatione , quæ citissimè consequitur , sectâ venâ in cubito. Ergo exercenda meritò est in principio morborum partium superiorum , & minimè est secunda vena in talo. Premitur discursus quoad hanc ultimam minorem propositionem , quia si humor occupans proximas venas particula lœsa non diffundenter , impossibile esset , morbum, incepitum capitalem augeri , quippè aliunde morbiifica materia communicari immediatè non potest , cùm sit morbi proxima , & immediata causa , quæ deleri exposcit , & si id prorsus consequi non possit , saltim expostulat averti , & derivari à loco patienti ; hoc autem merâ revulsione fieri nequit , ob partium , & venarum immodecum distantiam , quapropter aut tardam , aut nullam utilitatem assert , si fiat ex talo , citissimam autem , & claram si ex cubito celebratur venæ sectio , undè si in cuiusque partis superioris , morbo præsenti fiat sectio , in talo , indicatio ab homore in vasis proximis partis affectæ petita omnino contemnitur , & morbum augeri permittimus , minimè impedito lapsu , aut præcipitio ad partem affectam , & omnino frustratâ curatione , & inutili redditâ , utpote si in principiis segniter morbos tractamus , difficiles , prorsusque incurabiles redduntur. Confirmatur amplius discursus propositus ; etenim in principio morbi cuiuslibet partis superioris priusquam morbus ipse cœperit partem affectam nimis labefactare , proxima ejus vasa sunt satis repleta humoribus , qui sunt proxima , & immediata causa morbi præsentis , qui ab ipsis foveatur , & continuo augetur : sed huiusmodi causa immediata solū divertitur , & derivatur vulneratâ venâ in brachio , & minimè in talo , cùm hæc solū revellat humores , qui parati sunt fluere , & actu præcipitantur ad venas proximas , ut per se patet. Ergo humor , qui fluxit , & stabulatur in vasis proximis , prius , & potiori jure sui ablationem indicat , ne in partem velociter præcipitatur , ideoque celerem exposcit retrogressum , qui solâ derivatione per sectionem venæ in brachio ad proximiora spatia regulariter perficitur.

Confirmatur amplius nostra conclusio : nam ubi duplex indicatio curationis est ab affectu , amethodum est operari pro ratione unius , alterâ neglectâ , imò eligendum tunc temporis auxilium est , quæ utraque indicatio compleatur , igitur cùm propter fluxionem aliquam venam secamus ,

necessæ est aliiquid fluere si modò fluxionis principium est) & aliiquid fluxisse ; neque enim fluxionem antea sentimus , quād id quod fluxit , dolorem excitet : unde quod fluit revulsionem exigit , quod fluxit verò partim derivationem , partim evacuationem , nempe quod in angustis continetur meatibus evacuationem expostulat ; at verò quod circa particulam affectam , seu in vasis proximis ad ipsam derivationem exigit : Ergo in omni tali affectione morborum partium superiorum incipientium , ea venæ sectione utendum est , quā simul & revulsio , & derivatio & evacuatio celebrentur : sed hæc omnia consequuntur sanguine misso ex brachio , & minimè si talum ferriamus : Ergo in dictis affectibus præsentibus rationabiliter , & methodicè Medicus procedet , venam secando in brachio ; hæc enim , quia contrarietatem habet aliquam cum partibus superioribus , revellit ; & cùm habeat societatem cum ipsis derivat , evacuando ex vasis vicinis immediatam , & proximam morbi causam : si verò ad venam secandam , affectu præsenti in parte superiore , descenderemus ad inferiora , feriendo talum ; solū revelleremus , perinde ac si in partem laborantem nihil incidisset , & indicatio desumpta ab eo , quod in loco affecto contingit , & in ipsis vasis proximis , omnino oblita permanebit , & morbus incrementum suscipiet , si utrique indicationi non succurramus , vulnerando venam in brachio , ut omnes indicationes compleantur pro morbis præsentis medela occupantis superiora membra. Quā etiam ratione in morbo laterali secunda est vena juxta Galeni opinionem , quam toto corde veneramus in brachio ejusdem lateris , etiamsi primo inflammationis die accedamus ad ægrotum , quoniam etiam primo die inflammationis necesse est aliiquid fluxisse in plevram , cui occurendum celeriter est , non quidem revellendo solū , sed derivando , & evacuando ; quod completur , secando venam in brachio ejusdem lateris , ut de morbo superiorum partium nuper dicebamus. Cæterū si citra malum aliquod , vel saltim citra inflammationem , quæ per se curationem indicat , præcautionis solū gratiâ venam secaremus , nihil prohiberet quanquam alteram membrorum societatem negligere ; quippè in illo tempore nulla indicatio ejus , quod fluxit adest , nec ejus , quod fluit in plevram (idem est de morbo partium superiorum) utpote nihil adhuc fluit in propoñato casu , sed ejus tantum quod timetur , ne fluat , instat : inflammatione autem præsenti respectu humoris , qui jam in parte affecta stabulatur , debetur evakuatio , fluenti autem humoris partim debetur revulsio , & partim derivatio ; ei verò , qui fluxus est , revulsio sola mera debetur , sicut in his , qui ob vulnus , aut iictum ex casu evanescunt , cùm nondum inflammatio excitata est , siquidem tunc nullum speciale membrum lœsum sentitur , & sic ex quolibet latere poterit secari vena : potest verò non tantum in iis , qui morbo laborant , sed in bene valentibus esse partis indicatio , non quidem ejus , quæ morbo affecta est , cùm sit nulla , sed ejus , quæ morbo affici solet , in quibus licet uti revulsione sola , nihil habente evacuationis , neque derivationis ; in iis verò , qui jam ægrotant non licet uti merâ revulsione , nisi forte cùm maxima plenitudinis subessent initio fluxionis notæ , & ea pars , quæ laborat , esset ignobilis , ut si cùm magna totius corporis plenitude

dine inciperet fluxio in genu (exempli gratia) incumbere licet tunc auspiciari venae sectionem à cubito lateris contrarij destituta, aut obliterata rectitudine laborantis particulae, tamen in plevritide, aut in morbo aliquo ex capitalibus operandum est, ut *soprà* monitus, quia à natura constituta sunt talia membra in dignitate præcipua, aut valde utili pro vita custodia; & sic indicatio, quæ sumitur ab humore contento in ipsis partibus, aut in proximis, & vicinis vasis magni est momenti; quapropter debet fieri in hujusmodi morbis retractio talis, quæ vim habeat revulsionis & derivationis, & fortasse evacuationis, ut rite, ac completere, & methodice curatio procedat. Ita Galen. 2. ad Glanc. cap. 2. dictavit.

Licet etiam à membro patienti recedere, cum pars mittens agnoscitur, aut suppressio alicuius naturalis, vel consuetae evacuationis mali præsentis sit occasio; tunc enim cum membro mittente potius, quam cum recipiente, restringendo debet servari, aut est illa evacuatio procuranda, veluti muliere plevritide laborante, cui suppressæ sint menstruæ evacuationes, aut homini, cui sunt cæcatae hæmorrhoides, ex talo debet vena secari, quam mera revulsio celebretur, veluti in his, quibus sanguinem mitimus, ad cohibendam aliam fluxionem; sed de his latius *infra* agemus, dum limitationes, quas patitur nostra opinio, explicabimus.

Confirmat nostram resolutionem Galenus lib. de *vena sectione*. cap. 19. ubi in morborum imminentia meram revulsionem, & omnino imprimis cum derivatione consulit, sic vertigini, & epilepsiae obnoxii ex talo sanguinem detrahere jubet; unde planè infertur, quod quandū morbus jam incepit, & ipsis causa jam in proximas partes membrorum superiorum irruit, celeriori indiger providentia, & celeriore medelam expostulat, quam minimè præstat mera, & impermixta revulsio, nisi accedamus ad derivationem, venam feriendo in brachio: aliter enim præcautionem, & curationem prorsus confundes, quasi non urgenter magis præsens morbus periculosis, quam ille, qui timetur, & non est præsens: Ut igitur occurras præsenti morbo, minimè est omittenda indicatio, quæ sumitur ab ipsis causa proxima in vasis vicinis stabulante juxta membrum, quod actu patitur: aliter ergo quam præcautione tractandi sunt morborum insultus ad partes superiores, non quidem ex talo venam secando, sed in brachio venam feriendo, ut methodice omnibus indicationibus succurramus.

Verumtamen contra dicta se offert difficultas non contemnenda: nam si dictis stemus, in principio cuiuslibet morbi capitalis præsentis illico se offert, & urget indicatio auferendi causam conjunctam in cerebro stabulantem, quæ exposcit evacuationem, necnon etiam instat indicatio derivandi causam immediatam, & proximam morbificam occupantem vicina cerebri vasa, & tamen in principio phrenitidis, aut ejuslibet inflammacionis cerebri (exempli gratia) minimè cotdatus Medicus applicat auxilia localia evacuatoria, neque derivatoria, qualia sunt incisio venæ in fronte, aut applicatio hitudinum, aut appo-

sitione medicamenti resolventis; etenim licet morbus adsit, & ipsius causa conservans, quorum ablato statim indicatur, tamen omnino despicitur in principio, ne fiat major humorum convocatio ad locum affectum, & incrementum morbi celerius accidat, & inemendabile damnum suscitetur: Erit ergo applicatio prædictorum auxiliorum intempestiva, & periculis plena: Ergo prudens artifex in Arte Medica potius humoribus fluentibus, & ad vicinas venas concurrentibus debet occurrere per revulsionem, & derivationem, & in posterum debet differre auxilia topica, quæ opponuntur causæ conjunctæ, & imbibitæ in cerebro. Ex quo non invalidè infertur, quid licet in principio morborum capitalium sit indicata derivatio, & evacuatio pro humoribus existentibus impactis, in membro affecto, necnon etiam pro illis, qui sunt in proximis venis, tamen prius debemus uti revulsione, secunda venâ in talo, ut fluentium humorum impetum compescamus, & imposterum debemus secare venas in brachio, ut cæteris indicationibus satisfaciamus: Itaque licet in intentione sit prius morbum, & ipsius conjunctam, & proximam causam præscindere, tamen in executione tota curatio ad humores fluentes per meram revulsionem dirigi debet, ut fluxionem humoris distantis prius cohibeamus, venâ secunda in talo, ut postea ad derivationem & evacuationem securius & artificiose accedamus pro morbi exterminatione.

Præfatum argumentum minimè evertit vim nostræ conclusionis; nam licet à principio morborum partium superiorum vigeat indicatio auferendi morbum, & causam conjunctam, seu conservantem, attamen ipsius satisfactio à principio valde impeditur ex eo quod si à parte affecta Medicus aliquid detrahere vellet per manifestam aliquam evacuationem, immedicabile damnum suscitaret, quia & parum, aut nihil detraheret, & majori humoris morbifici concitatione præternaturalem afflitionem celeriter augeret; quam ob rem licet pro tunc talis indicatio non contemnatur, in aliud tempus ipsius satisfactione cordate differtur, & interim succurrunt repercutientibus auxiliis, si locus ea non prohibeat, & contemperantibus, ut compressus humor, & impactus in membro patienti aliqualiter retrocedat, & ut non facile recipiat, dicta corroborazione facta in parte affecta, & attemperata, ut sic pro statu possibili remittatur aliquantulum morbus: tamen certum est in principio morbi prædictarum partium revulsionem, & derivationem humorum fluentium, tanquam urgentiorem exequendam esse, quæ optimè lucratur, secunda illico à principio venâ in brachio, per quam optimè præstatur revulsio humorum fluentium, & eorum qui in venis proximis partis superioris affecta occurunt: etenim vena sita in brachio, si ve communis sit, sive basilica, si scindatur, sufficientem à capite distantiam habet pro revulsione, neque adeò distantem, ut derivationi etiam non inserviat: Itaque unicâ venæ sectione in brachio, revulsio, & derivatio simul excentur, si vero meram revulsionem morbo partium superiorum, præsenti etiam in principio intendemus, venam secando in talo, causam immediatam actu morbificam non evacuabimus, omnino

neglectâ derivandi indicatione , simul & revellendi , sic meritò secunda est vena in brachio , quæ simul derivat , & revellit , quippe mera revulsio solum præcautionis gratiâ humoribus paratis fluere , & in principio iniante fluxionis solum est exercenda : at si in principio talium morborum capitalium frontis venam secaremus , aut hirudines fronti applicaremus , licet aliquantulum derivatio humoris à loco affecto fieret ; tamen omnino contemneretur revulsio , & morbus præsens magnum , & immedicabile caperet incrementum : jure optimo igitur evacuatio à membro affecto in ultimum differtur , quandò præsumitur rationabiliter fluxionem jam evanuisse , & non esse necessariam revulsionem ullam : meritò ergo in principio morborum partium superiorum contemnimus venæ sectiōnem ex talo , & probamus eam , quæ secatur in brachio .

Iterum objicies contra adductam doctrinam ; nam factâ venæ sectiōne in talo , & per ipsam revulsione merâ factâ , licet impulsus ad supernas partes non accedat , nec proximus effluat humor , qui ad venas proximas effectæ particulae accessit , tamen successione ad humorem , qui evacuatur per talum , sanguinem existentem , in partibus superioribus evacuari & moveri est necesse , quippe inferiores venæ cum superioribus , & totus sanguis in ipsis contentus omnimodam servant continuitatem , cùm omnes ex caudice uno , trunco nempè cavæ venæ primò profiliant : ergo in principio morborum partium superiorum etiam instet indicatio derivandi humores recurrentes ad venas proximas , & ipsas revellendi simul , tamen factâ merâ revulsione ad distantissimas partes , per talum sanguine misso consequemur revulsionem simul , & derivationem ; siquidem per ipsam non solum inferior sanguis evacuabitur , verum etiam ille , qui juxta superiores partes continetur , movebitur deorsum , successione dicta ejus , quod primò fluit per vulnus tali , ac per consequens jure optimo , completis ambabus indicationibus revellendi , & derivandi , in morbotum partium superiorum principio secabimus venam tali , & non eas , quæ sunt in brachio .

Respondeo verum esse per sanguinis missiōnem ex talo posse corpus prorsus inaniri , nec non etiam fateor successione ejus , quod primò evacuatur , id fieri , non tam æquè , nec ita celeriter , sicut indicatio , & affectus urgentia postulat partium superiorum fieri indicamus , sectâ venâ in talo , aut in distantioribus membris à loco affecto , siquidem proximioribus vasis incisis clarior , & celerior utilitas cernitur , dummodò salvetur revulsio , & derivatio , qualiter accidere monuimus , sectâ in brachio venâ in affectibus partium superiorum ; sectâ autem venâ in talo , humores , aut sanguis non æqualiter moventur , sed potius evacuationis vis penitus evanescit , quia utilitas non percipitur clara , quippe humores longinqui insensibiliter quoad Medium moventur , ex eo quod sanguine ex talo misso , ille , qui parum supra talum est , deorsum moyetur , & qui in superioribus

membris residet , motu illo per revulsionem illato , manebit immunitis , nec poterit effrenari : utilius ergo erit secare venam in brachio ut utiliter , & celeriter , atque tuto curatio perficiatur , completis omnibus indicationibus ab affectu , & causis petitis . Neque everit vim nostræ rationcationis , si respondeas , moveri celeriter sanguinem in superioribus vasis stabulantem , venâ incisâ in talo gratiâ vitandi vacuum , nam hæc evasio *supra* est impugnata ex eo , quod alia sint corpora , quæ etiam moventur , ut sanguinis vapor , & partes aëreæ , neconon etiam vasa ipsa nimis plena concidunt sanguine evacuato , & replent etiam vacuitatem relictam à sanguinis multitudine ; qua propter citius , & celerius evacuatio , & revulsio celebratur , sectâ in brachio venâ , quam in talo .

Insuper etiam fulcitur nostra conclusio , quia si enumerat accidentum plurimi morbi in partibus superioribus , quorum causa à capite descendit , tanquam à parte mittente , quæ est talium fluxionum origo . Ita docuit Hippocrates 4. de rict. acut. text. 30. per sequentia verba . *Synanches* , sen angina fit , cùm kyeme , veréque fluxio multa , & viscosa à capite ad jugulares defluxerit venas . Quà suppositâ doctrinâ , tanquam regularissimâ , sic premo assumpsum in favorem nostræ assertioonis : nam præsenti acutissimo morbo , qualis est angina in casu adducto , si talum vulneremus ; nullam utilitatem lucramur , quia humorum fluentem nequaquam revellimus ; nam revulsio ad fluxionis originem fieri debet : & cùm supponatur originem fluxionis esse caput , versus eam partem celebrari debet sectio venæ , tundendo in brachiis venam . Ita Hippocrates allegato loco text. 30. citato notificat loquendo de angina sic . Ita ut citò suffocet , nisi quis citò auxilium ferat , sanguinem ex brachiis detrahens . Jubet ergo illi à principio , venas in brachiis aperiendas esse , ut celeriter , & citius suffocationem inhibeamus , quod si id facere valerent sectiones in talo , minimè tacuisset : ergo quoties humor à capite in subjectas partes decumbit , solâ sectione venarum in brachio fieri debet retractio , ut ab origine fluxionis sanguinem detrahamus , & tandem ad sectionem in venis , quæ sub lingua sitæ sunt deveniemus , ut causam conjunctam tempore opportuno demamus .

Suffragatur etiam Galenus in *exposit. sup. text.* illum satis tritum Hippocratis 2. acut. qui incipit . Si verò ad claviculam pertigerit dolor , aut molesta sit vel brachio , vel mamma , vel partibus septo transverso superioribus gravitas , internam cubiti venam secare expedit . Prosequitur Galenus confirmans Hippocratis placitum sic . Cum igitur superiorum condolentia signum fecerit , venam in cubito secare eam oportet , quæ sanguinem ab affecta parte , & magis , & velocius tum revellere tum vacuare possit . Sentit igitur expressè Galenus cum Hippocrate , venam cubiti incisam simul revellere , & evacuate in pleyræ inflammatione , præcipue quando ad claviculam signum fecerit dolor , seu partium superiorum condolentia signum fecerit , ut nobis demonstraret quanta sit urgentia humoris , qui continetur in pleyræ , & ejus vasis proximis , ut cordatus

tus Medicus non contemnat indicationem derivandi simul, & revellendi humorem fluentem, ut simul mixta, & duplicata indicationi satisfaciat, venam secando in cubito, quæ habet vim simul revellendi, derivandi, & evacuandi. Et quidem hæc doctrina præcipue habet locum in affectionibus capitalibus, qui celerem, fatalem, atque funestum eventum prænunciant, si citò non succurramus derivando, & evacuando simul, & revellendo ob dignitatem, & præstantiam partis principis, quam occupant: Et quidem hanc urgentissimam indicationem contemnentes Medici talares, venam tali separe jubent in principio morborum partium superiorum indicantes identificatam esse cum revulsione scissionem in tali, quasi non esset alia revulsio nisi ea, quæ celebratur per sectionem prædictæ partis: quapropter omisso indicatione humoris, qui continetur in cerebro, & ejus vasis vicinis, solâ celebratâ merâ, & absolutâ revulsione ægrotantes præcipitant, ipsorum obitum accelerando, aut saltim morbum augendo, protervè negantes revulsionem, quam præstat sectio venæ in cubito in morbis partium superiorum.

Exornat amplius nostram conclusionem Galenus libro 3. de loc. capite 7. ubi sermonem instituens de melancholia morbo per consensum cum toto, sic medelam incipit. Cum sphaeraveris in universi corporis venis melancholicum sanguinem contineri quo certiore habeas notitiam cubiti venam seca. Et infra prosequitur in contextu sic, Quod si tum fluens sanguis melancholicus non videatur, statim suppressatur; si vero talis appareat, vacua quantum pro laborantis corporis habitu satis esse conjecteris. Quibus verbis maturè persensis clare infertur in affectu capitali non solum imminentia, sed præsenti Galenū consuluisse venam in cubito ferire, & sic de aliis affectionibus capitalibus idem sentire censendum est, ut ex supra citatis testimoniosis planè constat.

Nec distat ab hoc sentiendi modo fidelissimus Galeni interpres Arabum Princeps Avicen. fen 1. libr. 3. tract. 1. capite 9. ubi adducens regulas curandi affectiones capitales, sequentia verba posteritati reliquit scripta. Cum materiam vacuare voluerimus, contemplamur tunc, si significatio ostendit sanguinem cum ipsa abundantem esse, aut in sanguine non est imminentia, quacumque sit materia, incipiens à phlebotomia cephalica, & venarum capitum, &c. Ex his infertur in quolibet affectu capitali incipiendam esse curationem secando venam cephalicam. Et inferius subdidit sic. Si sanguis quidem in toto est corpore, & in capite materia exuberans continetur, phlebotometur cephalica. Ut discas, existente adhuc plenitudine in toto, solum præcisè quia in capite est materia exuberans, consulit separe venam cephalicam. Ceterum quandò non est materia contenta in capite, sed turetur fluxio, aut incipit fluere materia, jubet separe venam communem per sequentia verba. Sed si nondum continetur, sed est in hoc ut continetur, minuatur nigra, sen media. Et tandem prosequitur, & concludit sic in eodem textu citato: Et si timetur comprehensio antequam incipiat pervenire ad hoc ut continetur, sicut si contingat propter causam attrahentem humores in

circitu capitis ex calore extrinsecō, aut percussione, aut reliquis phlebotometur basilica. Deducitur ergo ex his, incipere Avicennam à sectione venæ in cubito, incipientibus morbis partium superiorum, & capitum, & adhuc quandò timetur fluxio ob aliquam externam causam secandam esse basilicam, tanquam revulsivum auxilium; quod speciale est in hac doctrina: est enim amethodum in urgentibus morbis simplicem revulsionem moliri, cum semper urgeat suo modo, quod in parte affecta mortalem passionem generat, & mortem minatur, sin minus morbi incrementum. Vnde jure optimo sugillantur Medici, qui accipientes præcepta universalia, omnibus casibus illa accommodant, nullâ adhibitâ providentiâ, & distinctione cum certa ægrorum pernicie: Festinare ergo tenemur in adimplitione indicationis, quæ desumitur ab humore impacto in capite, seu cerebro, necnon etiam in ipsius vasis proximis, non omittendo indicationem inhibendi fluxionem; quod perficitur, venam secando in brachio in præsentia morborum partium superiorum incipientium. Itaque in morbis fluxionis, licet prima indicatio sumatur ab eo quod fluit, & regulari curatione utramur merâ revulsione: tamen hæc doctrina locum habet, quando non urget, quod in capite continetur, cujus indicatio minimè est contemnda, sed potius tanquam principalis attendenda: nam ratione humoris contenti in cerebro (exempli gratiâ in phrenitide) æstuat valde, & calore, & sensatione continuâ sanguinem rapit ad se, & ocyssimè impletur, unde celerem exposcit evacuationem, quæ fit secundâ venâ in cubito, quæ habet sufficientem distantiam, ut revulsiva dicatur, & insuper derivat, & evacuat materiam, seu causam proximam, & immediatam morbi.

Limitatione tamen indiget Avicennæ doctrina nuper adducta; nam quandò in principio phrenitidis primò jubet separe venam cephalicam, est solâ attentâ indicatione phrenitidis, & causæ conjunctæ, & impactæ in cerebro, quæ ad se rapit totam curationem, quandò valde urget talis indicatio; in quo eventu non silebo audaciam Eustachij Rudij affirmantis, quod in præsentia suppressionis menstruæ convenit primò separe venam cephalicam in phrenitidis urgencia, eo quod inter initia magis potest capitum inflammatio ad indicandum: hoc autem temerarium esse judicamus: fortasse tamen curationem securius perficiemus si simul talum & cephalicam venam vulneremus, ut completere satisfaciamus, & adæquatè utrique indicationi. Ceterum si cum phrenitide complicetur indicatio cohíbendi fluxionem, debemus occurrere mixta indicationi, & duplicata, eò quod fluxio auget materiam imbibitam in cerebro, & quod impatetum est, auget etiam fluxionem: itaque reciprocâ actione mutuò suscipiunt incrementum, quare in hujusmodi ægrotantibus, existente plenitudine, optimè secatur primò communis vena, quæ respicit totum, & cerebrum, mox verò ad cephalicam veniendum, ut extrahatur, quod phlegmonem generat, & hoc faciendum eodem die, ut ad amussim satisfaciamus urgentissimo capitum morbo, ratione materiae contentæ, & imbibitæ in ipso, quæ incrementum morbi prænuntiat, & minatur mortem. Hac ratione noster

Petrus Michaël Heredia Antecessor Primarius Complutensis noster, & Archiater, convictus afferit intrepide in expositione historiæ epidemiæ Hippocratis uxoris Dealcis contra Phrygium, venam frontis esse secundam, etiamsi non cesserat fluxio, propter urgentiam delirij melancholici; quod premebat: quapropter contra prædictum Autorem consulens venam tali esse secundam, sequentia adducit verba. *Doctrina quidem perniciosa, & falsa, quia si quod cerebrum recepit, periculum mortis afferre poterit, secunda vena frontis est, quomodo cumque pars mittens, aut totum se habeat. Ratio est, quia aperta vena in fronte, aut narium venis internis incisis, directè evacuat quod urget, & praesentaneum periculum trahit, & falsum indicat afferere, quod semper trahatur, plus quam evanescet a cerebro per localem evacuationem, quia quod superest mittendum, potest esse minus, quam illud quod evanescet, & necat, nec si multum superest mittendum (inquit Heredia) impedit venam frontis secare, si urgeat, quod cerebrum possidet, quia pars mittens non pellit perpetuè & continenter, sed quando gravatur à portione mittendâ, ut novam causet accessionem, ut in omnibus febribus repetentibus constat, in quarum declinatione non mittit febrium origo (aliоquin non declinaret) ergo tunc evanescatur, quod in parte continetur absque ulla sufficiencia, quoniam partem ladi sine nova transmissione, quippe mittens membrum non mittit, quia recipiens inaniatur; sed quia gravatur copia, & corruptelâ, que non adsum, quando accessiones declinant; sed potius quando repetunt novi circuitus. Hucusque noster Heredia.*

Hæc tamen doctrina, quia tanti Autoris veneranda, neutiquam tamen omnino firma, & à calumnia libera mihi videtur, nec censco Phrygium ita acriter esse reprehendendum; nam in expositione historiæ citaræ tenet non esse secundas venas narium, aut frontis in phreniticis, sed potius talum esse ferendum, quando cerebrum per consensum patitur cum partibus inferioribus, qualiter id accidere censem in uxore Dealcis, & noster Heredia probat sectionem venæ in tali per sequentia verba. *Et ego sic censo, nam mutabilitas deliriorum indicabat clarè cerebrum per consensum pati cum toto, & fortassis etiam cum utero, ut est in fæminis communissimum, & in melancholicis cum hypochondriis, quibus occasionibus scitio in cruribus maximè convenit, & hoc factio hirundines mariscis applicandas sunt, antequam vena superiores secentur; præsertim si probabilius sit, hypochondriacam passionem præcessisse, &c. Quibus prædictis, sic premo Herediæ opinionem, siquidem planè fatetur cum Phrygio venam tali esse feriendam in uxore Dealcis; quia cerebrum patitur phreneticam passionem per consensum, cum partibus inferioribus hypochondriorum, & uteri: non ergo ferienda est vena in fronte perseverante consensi, etiamsi urgeat delirium, & causa, quæ in capite, seu cerebro continetur, periculum, & mortem minetur, quippe causa fovens, & pars mandans, seu mittens, quæ est origo fluxionis, stabulatur in hypochondriis, aut in utero: ergo quemadmodum præsente delirio in primo occurso ob adductam rationem consultit sanguinis missionem ex tali, etiam crescente phrenitide, aut delirio, dummodo consensus, & fluxio non evanescat, penitus cessante actione partis mittentis, debet fieri vena scitio versus originem fluxionis, & per consequens ex-*

talo: si Phrygius concludit, advertens minimè esse secundam venam frontis, quandò cerebrum per consensum patitur, etiamsi urgeat delirium; siquidem tale auxilium utile valde est, tempestivè administratum, nempe evacuato bene corpore & non delatâ materiâ ab infernis partibus: quapropter vena frontis non est vulneranda, nisi in phrenitide propria, & primaria, & minimè quandò cerebrum per consensum graviter delirat, quia tunc plus trahitur, quam evacuatur. In cuius diætaminis confirmationem, testem adducimus Galenum 11. lib. meth. cap. 18. ubi favere videtur huic opinioni, sic in limine capit. *Eadem ratione, neque in cerebri, & ejus membranarum phlegmonis cucurbitulis in mœbi initio uenit; verum ubi nec influit adhuc quicquam, & totum corpus prius est evacuatum: Sentic ergo Galenus, venam frontis non esse aperiendam in phreneticis fluxione perseverante, & influente membro mandanti, usque dum cesset fluxio, & corpus prius sit evacuatum, in quo eventu tutum erit, localia præsidia adhibere, ut causam conjunctam, & humorem impactum in cerebro, & ejus membranis vacuenus.*

His ergo maturè à me pensatis, audeam asserere in litigio adducto, venam tali esse secundam in principio mali uxoris Dealcis, & toto tempore, quo fluxio vehementer irruit in cerebrum per consensum cum hypochondriis, aut cum utero, quia sic revellimus humores irruentes versus originem fluxionis, & interdicimus quominus cerebrum magis gravetur. Cæterum ubi impetus fluxionis vehemens non est, imò aliquantulum remittitur, & aliàs valde urget contentus humor in cerebro, quia delirium crescit, & distempories cerebri calida fluxionem potest adaugere, tunc securius judico secare venam medianam, seu communem in brachio, quâ aliquantulum revellatur, quod adhuc fluit in medio itineris, & insuper derivetur humor, qui in vasis vicinis cerebri, & ejus membranis continetur, tanquam proxima causa, & immediata fovens delirium, & eadem die, si nimis urget delirium, venam frontis secare alternando revulsionem, & derivationem cum evacuatione, aut forsan simul secando, & in eodem tempore venam tali, seu communem in brachio, & venam frontis, aut internas venas narium, aut loco sectionis talium venarum, applicando hirundines retro aures, & supra frontem, prout nimicum magis, aut minus urgeat indicatio, aut omnimode revulsionis, aut revulsionis permixtæ cum derivatione, aut evacuationis localis, & hæc ratione optimè perficiemus medelam absque calumnia aliqua; aliter enim vehementer irruente humore in cerebrum per consensum cum utero, aut hypochondriis, suspectum valde erit revulsionem omnino contemnere, & venam solam frontis aperire, etiamsi vehementissimum sit delirium, & valde urgeat indicatio evanescendi humoris distemperantem cerebrum, quoniam attendere etiam debemus ad indicationem desumptam ex fluxione actuali, ut ipsam, quantum fieri possit cohibeamus, & simul etiam aut alternatim humorum in parte affecta periculum minantem evanescemus; interim etiam illicet à principio auxiliis repercutientibus utendum, ut Galenus advertit loca nuper citato methodi cap. 18. ut sic quantum possibile fuerit impediatur fluxio, corroborato cerebro per vim adstringentium, seu


repercussorum auxiliorum, & insuper attemperato, ut avidius non trahat, & concitetur nova fluxio, & postea elapsi impetu fluxionis, miscemus aliquantulum resolventis medicamenti, ut lucremur aliquam evacuationem materiae, seu humoris contenti in cerebro, per insensibilem transpirationem, dum penitus fluxio cessaverit, solis medicamentis resolventibus utamur, ut prorsus evacuationem causae conjunctae consequamur; haec enim methodus rationalis est, quam etiam in omni inflammatione observant Chirurgi, ut latè nostro Tractatu Tom. I. docuimus; Hanc doctrinam supra stabilitam, & corroboratam adduximus exemplo morbi lateralis super illa verba, *Derivare, cedentem revellere, renitentem cedere.* Ubi cum Vallesio nostro ostendimus, quid operandum sit, quando valde urget plevræ inflammatio, & dolor; quapropter humorem imbibitum in ipsa, periculum mortis impendet, quod in casu proposito similiter exequendum esse probat eadem ratio; ideoque non esse semper, & perpetuè insistendum revulsoriis auxiliis, sed solicii esse debemus ad vacuandos humores, qui sunt prius ad partem deducti. Itaque fluentibus adhuc humoribus ab infernis ad supernas partes, & urgente adhuc, quod in membro recipienti contentum est, non debemus sistere perpetuè in revulsione, nec illicè ad localem evacuationem debemus accedere, oblita penitus revulsione, sed potius alternatim debemus uti revulsione, secando saltim venam medium in brachio, & evacuando ex fronte, quod in cerebro urget, & continetur, & si fuerit affectus in principio initiante per consensum cum hypochondriis, aut utero, secabimus talum, & alternatim ad locum affectum accedemus, evacuando ex naribus, aut fronte, aut simul utramque evacuationem exequemur in urgentissimo casu, ut supra insinuavimus, sic etiam in plevritide procedere debemus.

Nec urget nostram resolutionem id, quod adducit noster Heredia, nempe quod falsum sit, quod attrahatur ad cerebrum, & ad ipsum convocetur, magis quam ex vena frontis evacuatur. Rationem reddit, quia quod superest mittendum, potest esse minus; sed contra ipsum retorqueri potest argumentum, quoniam quod superest mittendum potest esse magis: ergo suspecta erit in principio venæ sectio in fronte, aut perseverante vehementi fluxione ad caput ex partibus infernis, quia poterit esse magis, quod restat fluendum.

Si respondeas cum Heredia, quod etiam si multum supersit mittendum, non esse obstaculum, quominus debeat secari frontis vena si urgeat, quod cerebrum possidet, quia pars mittens non pellit perpetuè, & continententer; sed quando gravatur à portione humoris mittenda pro nova accessione causanda, ut in omnibus febribus repetentibus per circuitus constat, in quorum declinatione non mittit febrium origo (alioquin non declinaret) ergo tunc evacuabitur absq; ullo mettu, aut suspicione, materia contenta in parte recipiente, quippe ludit partem sine nova transmissione; etenim pars mittens non mittit, quia recipiens inaniatur, sed quia gravatur copiâ, & corruptela humorum, quæ non adsunt, quando accessiones declinant: Cæterum hæc solutio, minimè solvit, neque convincit propositam doctrinam à nobis; siquidem supposito principio fundamentali, quo ntititur Doctor citatus, contra-

rium sine ipsius injuria inferre jure optimo possumus: nam ex eo quod pars mittens non mitiat perpetuè, & continenter ad cerebrum, sed accessionaliter & per intervalla, deducitur optimè, præcautione per revulsoriæ venæ sectionem utendum esse, ut impediatur novæ accessio- nis, quæ timetur impetus fluxionis ad partem affectam, eam retrahendo ad originem versus partem mandantem: ergo licet quod fluxit, virtute accessionis antecedentis in cerebrum, urgeat, & exposcat ipsum evacuationem, non tamen ita ac si primario afficeretur cerebrum, & continuè, & incessanter fluxione perenni premeretur: remanet ergo locus, ut tempore intermissionis revellamus, & alternatim à loco affecto evacuemus, non solam venam frontis secando, sed aut venam in talo, aut communem in brachio, & simul frontis venam, aut alternando hujusmodi sectiones modo, quod nuper diccamus: non ergo aliquid contra nostram resolutionem probat Heredia, quippe attendentes ad id, quod urget in membro principe impactum, minimè debemus sistere in revulsione mera, imò potius utramque mixtam indicationem adimplere, modo explicato.

Adductis ergo rationibus, & fundamentis Medicis Rationales contra Hispalenses Doctores meritò pugnant, atque intiuī gladium immitten- tes, efficaciūque, & verius difficultatem attin- gentes, Galeni doctrinam, & communem sententiam à nobis adductam comprobarunt: Tala- res autem Doctores contraria opinionem tuen- tes, irrationalē experientiam colunt, ac hæresim methodicā, omnia artis præcepta destruentem, rationes quasdam dogmaticas quidem, sed multis erroribus plenas amplectuntur: meritò igitur tantorum virorum doctrinam collauda- bimus, sacrariumque tantæ antiquitatis per totum orbem disseminabimus, quin temporum varietas obscureret suas solares luces: scimus enim, aiebat vetustissimus Senex in calce suorum operum de pro- gnosticis, hæc vera esse in Lybia, & in Scythia, & in Delo, non ergo Hispalensis civitas neque errores in modo videndi, neque in vietū ratio- ne perturbatio generalia præcepta ab omnibus colenda prorsus debet pervertere novam, & inuti- lem machinando methodum.



C A P V T IV.

In quo limitationes, & exceptiones, quæ in nostra opinione observari debent, expenduntur.

NULLUM præceptum inviolabile pro- sùs est, nec apud peritissimos, nec apud vulgares Medicos; nam licet in nostra Arte sint plura dogmata legitima, & regularia; perpetua tamen nulla sunt, & qui ulla habet pro perpetuis, & inviolabilibus methodicus dici potest; Rationalis verò minimè, nam rationa- lis non curat ex libello, aut commentario, sed ut in re quavis exercitata, id, quod ratio dictat, nec legibus tanquam pragmaticis se obligat, di- cavit nostræ Scholæ Complutensis luminare ma- jus eruditissimus Vallesius 4. lib. meth. cap. 2. nos igitur tanti Autoris placitum venerantes pro no- stræ opinionis clariori intelligentia, limitatio-

nes aliquas adducemus, ut graves, turpes, & vulgares errores penitus vitemus.

Sit ergo prima exceptio nostræ regularis opinionis, quod in principio morborum partium superiorum, necnon etiam in aliquali ipsorum augmento, qui originem habent à partibus inferioribus, & à vena cava descendenti, aut à vena porta, sanguis est mittendus ex talo: etenim si quodlibet membrum superius incidat in morbum, cuius causa stabuletur in mesenterio, aut hypochondriis, ab his partibus inferioribus foveatur superior affectus per perennem, & continuam transmissionem vaporis, aut humoris in cerebrum: jure optimo cordatus Medicus censere tenetur, originem fluxionis occupare inferiora membra. Quo stabilito, tanquam, fidei medicæ dogmate, sic premo assumptum: etenim inconcussum est in cuiusvis morbi initio, pendentis à fluxione, convocandam esse morbificam materiale causam ad originem, aut versus fluxionis originem: sed totum hoc mirificè præstat sectio venæ in talo in casu adducto, ut per se patet: ergo temerarium censabitur, tunc venam ferrire in brachio; quippe per illam partem nulla utilis fieret revulsio, sed potius juvaret præternaturales morbificæ causæ insultus, & augeret fluxionem; humores præcipitando in locum affectum, ex qua non dubiè accelerabitur mors: jure ergo optimo vulnerabimus venam in talo, usque dum aliquantulum dominetur fluxionis impetus, ut postea non urgente fluxione à partibus inferioribus demandata, possimus ad venas brachiorum accedere, ut succurramus indicationi desumptæ à causa conjuncta, dummodò magis urgeat, ex qua etiam periculum impendet, ut *suprà* docuimus.

Hac cùdem ratione mulieribus, quibus ex utero à menstruis non satis repurgatis, aut alia quavis occasione, seu morbo aliquo, aut prava dispositione in utero subnata, ex quo oriatur morbus aliquis in partibus superioribus per transmissionem humoris, aut vaporis in caput: statim tali venam vulnerare debemus, ut scilicet humores sursum repentes ad fluxionis originem retrahamus, sic in epilepsia ab aura venenata ab utero in cerebrum immissa, venam tali fæliciter saepius secavimus.

Suffragatur Hippocr. lib. 1. epid. ad fin. *secundum* quartæ in historia *symargi famula*, que Idumea erat, que cum peperisset filiam, os uteri contortum est, & in coxam & crus dolor: liberata est juxta talum secunda vena, etiam si tremores secundum corpus eam tenebant, sed ad occasionem oportet venire, & ad occasionis initium. Hæc sunt vetustissimi Servis aurea verba, quæ planè demonstrant occasionem incidendi in morbum, necnon etiam initium ipsius, erat exigua partus purgatio, ut symptoma demonstrabant, quapropter liberataam fuisset tenet Hippocrates, secunda venâ in talo, quia passio erat os uteri contortum à plenitudine, ex qua dolore coxae, & cruris premebatur, nervis oppressis; atque adeò cum oporteat in curatione rationem habere prius causæ primæ, quām affectus, meritò secare debemus venam in talo occurrendo ad diminutam lochiorum purgationem, quæ judicatur prima causa, & origo mali: sic ergo in quolibet affectu partium superiorum, cuius occasio, aut causa prima est suppressio, aut diminutio menstruorum, citra dubium debemus

secare talum, ut causam morbificam revellamus versus originem fluxionis.

Favet etiam hanc curandi methodum Galen. in expositione citati textus: perpendite ejus verba de famula *suprà* adducta. *Ne sanguis quidem prodit, nam ut filiola hac peperit, illico os ad vertebrae coxarum detortum est; porrò dolor ex vena prope talum secunda cessavit, quamvis tremores totum corpus jam occupassent.* Nihil clarius pro hujus limitationis corroboratione. Idem ténendum esse arbitror de his, qui ob suppressum haemorrhoidarum sanguinem, in morbum aliquem fuere delapsi. Ita Galen. lib. de cur. rat. per sang. miss. cap. 19. quem sequitur, Aratum Princeps fen 9. lib. 3. tract. 1. cap. 11. §. *sicut necessarium est:* & cum ipsis omnes Classici Autores venam in talo jubent vulnerare, ut fuso sanguine, evacuationi suppressæ consuetæ, quæ est origo mali satisfaciamus; supplendo naturæ defectuosæ motum contumum versus infernæ sedem.

His igitur morbis partium superiorum præsentibus, qui ab inferioribus partibus foventur, sive per vaporum transmissionem, sive per humoralem substancialm in cerebrum delapsam, per talum celebranda est venæ secunda, dum illa communicatio ab inferioribus ad superiora adhuc vigeat, morbis partium superiorum etiam sensibiliter augecentibus, eò quod eo tempore, si venam in brachio secemus, nimia humoris copia ad superiora concitatabitur, & morbus incrementum forsan immedicable suscipiet, fluxione vigente. Cæterum aliquantulum imminutâ fluxione, seu humoris impetu vehementi cessante, si quod influxit ad superiora membra, & in ipsis vasis vicinis, necnon etiam in parte affecta imbibitum est, urgeat; non dubiè indicabit revulsionem aliqualem retractoriam, simûlque derivationem, & evacuationem, & tunc quidem ad venas aperiendas in brachiis tutò licet accedere, necnon etiam ad venam frontis; si valde urgeat, quod in capite continetur, à quo periculum mortis celeris solet impendere, ut *suprà* latius demonstravimus, alternatum utens revulsione secundum rectitudinem, & derivatione, & evacuatione pro urgentia indicationum, quando mixta cernuntur, quarum una exposcit revulsionem, & altera evacuationem; quare affectus capitales, qui ab inferioribus partibus ortum habent, & foventur, mediâ transmissione humorum, aut vaporum, si adeò urgeant ob multitudinem causæ, quæ ad particulam lœsam, & vicinas venas effluxit; tunc quidem si citissimum periculum vitæ immineat, cum urgentiori teneamur occurtere, & majori, seu instanti periculo providere, ad brachii venas oportet accedere tanquam ad sacrarium: prius tamen (paucis videlicet horis) occasionem arripiæ administrandi venæ sectionem ex talo, ut inde ad sectionem dictam brachiorum majori fiduciâ, & cum minori attractionis periculo matuiri accedere possimus.

Videtur tamen adductam limitationem nostram doctrinam prorsus pervertere; nam si in affectibus partium superiorum pendentibus ab inferioribus membris, ut ab utero, aut aliquo ex hypochondriis, quod habeat rationem partis mandantis, & originis fluxionis, venam secamus in talo, etiam si in cerebro, aut faucibus (exempli gratiâ) præsens sit affectus, & in ipsis vicinis vasis; jam contemnimus indicationem

derivandi, & evacuandi à parte affectâ : Cùm ergo etiam in casu adducto mixta sit indicatio revellendi, & derivandi, potius videtur, vulnerandam esse venam in brachio, quā in talo : hæc tamen argutio minimè nostræ assertionis vim effemina, quandoquidem dispar valde ratio militat, in casu, in quo cerebrum, aut membra superioria, patitur per consensum cum partibus inferioribus, quippe tunc venâ sectâ in brachio (præcipue inchoante fluxione & urgente impetu ipsius) ab inferiori regione in partem affectam humores majori impetu, & inexpugnabili præcipitio, irruerent, juvante, & concorrente sectione venæ in brachio, ut ab origine fluxionis, inclinatis humoribus ad superiora membra, & actu fluentibus, citius ad cerebrum, & impetuosis præcipitarentur, & sic jure optimo venam secamus in talo in principiis, & adhuc augescentibus dictis morbis, vigente fluxione partis mandantis inferioris ; cæterū imminutâ ipsâ, aliquantulumque cessante, aut remittente, si urgeat, quod in cerebro continetur, & morbus etiam cerebri incrementum suscipiat magnum, à quo celeris mortis periculum immineat ; tunc quidem ad feriendam venam brachiotum accedere consentaneum esse diximus rationi, quoniam jam cessavit metus tractionis humoris ad partes superiores, corpore evacuato per talum prius, & retractis humoribus fluentibus, versus fluxionis originem, necnon frænato ipsorum impetu, in quo eventu tenemur, succurrere urgentiori indicationi, qualis est ea, quæ expostulat derivationem, & evacuationem à cerebro : at in casu, in quo quodlibet membrum superiorius corripiatur morbo aliquo, cuius origo in partibus superioribus etiam stabuletur, prorsus illæsa omni parte inferiori, nullum afferit periculum tractionis sectio venæ in brachio, cùm nulla pars inferior mittat, ad supernas, in dò potius per ipsam humor divertitur, & derivatur à membro superiori affecto ; ut antea latissimè probavimus : inde secura ab hac calumnia manet opinio nostra.

Sit secunda limitatio : quod si morbus aliquis capitalis sit in principio principiante, & præcipue corpore existente valde pleno, & parum urgeat, quod in capite continetur, ex eo quod minima copia humoris fluxerit, & morbum remissum cauet ; cerebri actionibus parum læsis : tunc quidem etiamsi nulla pars inferior sit fluxionis origo, licebit cordato Medico, si in morbi exordio fuerit accersitus, primam saltum venæ sectionem celebrare ex talo. Ratio est, quia tunc contempti omnino debet indicatio derivandi, & evacuandi à parte affectâ, cùm in ipsa morbus sit parum sensibilis, & decubitus sit remissus, aut non valde manifestus, & sic præcipue corpore pleno totum curantis consilium dirigi debet in revolutionem meram ; & totalem retractionem ad partes inferiores, ne irritata natura, & gravata nimis præ humorum plenitudine, avidius, & furiosius mittat in partem debilem ; quare rationaliter procedet, si illicet, & absque ulla mora, vulnerato talo, & depositâ nimia plenitudine, accedat ad feriendam venam brachiorum, instante jam sensibili læsione, & fluxione morbi occupantis cerebrum.

Insuper etiam in acutis morbis, in quibus rationaliter timet Medicus propriæ vagum humorum motum, raptum aliquem ad cerebrum, quoad telerem præcautionem instimulatur, methodicè

poterit venam in talo seccare, ut humores parati fluere in cerebrum, aut in aliam partem superiorem facile, & celeriter in partes ignobiles, & inferiores detrudantur, & superiores ab illo crudeli, & insolenti decubitu penitus liberentur ; movemur autem ad hujusmodi auxilia præcautio sæpe sibi in aëris, & malignis morbis, ex quibusdam signis raptum ad superna minantibus, sic ex urinis perturbatis, & valde agitatis timetur capititis dolor, aut alter decubitus capitalis, testificante Hippocrate 4. aphor. 60. sic. *Quibus febricitantibus urina sunt perturbata, quales sunt jumentorum, iis dolor capititis vel adest, vel aderit :* sic enim in morbis biliosis accidere solet, ut urina flava subito alba reddatur, & perspicua, ad partem principem, humorum decumbere prudens Artifex facile suspicabitur, præcipue si talis urinæ permutatio in delirantibus appareat. Ita Hippocr. 4. aph. 62. in cuius expositione Galenus sic fatur. *Aquosa verò urina (ejusmodi enim sunt pelluentes albæ) maximam ostendunt cruditatem, & propriea totius bals flava motum sursum in caput factum esse denuntiant. Quibus accedit Galenus ipse super lib. prognost. com. 1. text. 2. 8. ubi ait. Si verò pulsus in hypochondrio instet, perturbationem significat, aut delirium. Et in lib. de morb. vulg. idem testificat per illa verba satis trita. Vbi vena in cubito pulsat, insanum, furibundumque est. Ecce generalia præcepta, quibus capititis decubitus prænoscit facile possunt, ad quos gravissimi morbi capitales subsequi possunt, & assidue accidit post elationem vaporum, humoribus nimia caliditate agitatis, supra repertibus : quandò igitur Medicus prædictis, aut aliis signis humoris raptum ad caput suspicatus fuerit, & futurum malum prænoverit, merito vulnerando talum, subitam, & maximam revolutionem administrabit, præcavendo tantorum malorum imminentiam.*

Hippocrates etiam hoc ipsum innuit 4. aphor. 67. per illa verba, *In febribus per somnum pavores, aut convulsiones, malum portendunt. In cuius textus expositione, & examine Galenus hæc subscrifit. Sed & ipsi sapè vidimus in morbis perniciiosis, & vapores, & labores, & convulsiones ex somno profectas fuisse, quod accidere videtur, quum in cerebrum humor noxius ascenderit. Rationabiliter ergo procedet, qui his attentis signaculis, in febribus perniciiosis, & malignis, secaverit venam tali ad præcautionem imminentem mali, q. à methodo plurimi à diris, & truculentis accidentibus liberantur ; sic etiam in his, qui per consensus delitate incipiunt, aut comatosi sunt per concursum vaporum ascendentium ab inferioribus membris, quia affectus nondum factus præsumitur, sed potius in fieri, seu imminentis certatur, venæ sectio in talo mirificè propitiatur, quoniam tunc solum præcautoriè operatur Medicus, cui indicationi, mera, & impermixta revulsio debetur, quæ per distantiora, & contraria loca celebratur, & eadem ratione, in quibus per consensus cum hypochondriaca passione excitatur affectus aliquis in partibus superioribus ex venis mesenteri ad caput vaporibus repertibus, præcedenti evacuatione primæ regionis exrementorum, si ea opus sit, venam in talo ferire erit consonum rationi, aut per hemorrhoidales venas sanguinem fundere, ut ascendentium humorum, aut vaporum impetum coercentius.*

Ex dictis planè infertur, quod in morborum partium superiorum initio initiante sanguinis missio

missio revulsiva debet administrari, secundo venas in brachiis; etenim ita se habent partes superiores cum inferioribus, sicut inferiores cum superioribus: sed in principio principiante morborum partium superiorum, & quando patiuntur per consensum cum inferioribus revulsionis gratia venam secamus in talo: ergo pari, & simili ratione in initio morborum partium inferiorum, & quando patiuntur per consensum cum partibus superioribus, vena est secunda in brachio, quae merè revulsoria est, & debita humoribus paratis fluere, & actu fluentibus in principio initiante: at quæ fieret ex talo, sanguinem versus partem affectam sine dubio concitaret, præternaturalē motum deorsum coadjuvando: Cæterū si partes superiores sint mandantes, & in ipsis origo fluxionis stabuletur, & inferiores patiuntur per consensum cum superioribus, sectio venæ in brachio erit administranda, quoque fluxionis impetus minatur, & postea derivationis gratia venam tali secabimus, servato eodem ordine, quo in affectibus partium superiorum docuimus, ut omnes indicationes revellendi, & derivandi, atque evacuandi suā occasione præcisa exequantur. Totam hanc doctrinam notificavit Galenus lib. de hum. ad text. 13. per sequentia verba. *Veluti in utero, ut diximus, revulsio erit, si venam cubiti secueris, ut cucurbitas prope mammas affixeris, aut manus caleficeris, aut fricueris, & deligaveris: derivatione autem erit si venas poplitis, aut malleolum incideris.* Ex his planè colligitur in affectibus partium inferiorum revulsionem perficiendam esse, venâ sectâ in brachio, & derivationem, talum vulnerando, ut hinc discas, quod quando Galenus docet, juvare in affectibus inferioribus sectionem in talo, debet intelligi de solâ derivatione, seu vacuazione; revulsione tamen suppositâ per venæ sectionem in brachio. Eandem doctrinam docuit lib. 10. de comp. med. sect. loc. cap. 2. ubi de Ischiade sermonem faciens sic scripsit. *Iamque igitur maximam vim ad affectionis curationem habeat totius corporis evacuatio, ab ipsis incipiendum est, non solum à cruribus, sed à cubito, primum sanguinis detractione facta.* Ulterius etiam suffragatur idem Autor lib. de hum. text. 13. dum sic loquitur. *Itaque si dextra uteri pars male affecta sit, ex dextero brachio, dextrisque crure sanguis mittendus est.* Sancitum ergo est in Galeni doctrina, quod si partes inferiores, morbo aliquo indicante venæ sectionem corripiantur, sit prius secunda vena in brachio revulsionis gratia, ut deinde derivationis, & evacuationis prætextu ad venam ferriendam in talo descendamus.

Hanc eandem doctrinam insinuare videtur Hippocr. 6. aphor. text. 36. per illa satis trita verba. *Difficultatem urina venâ sectâ iuvat, secare verò interiores.* In cuius textus commentario Galenus sugillat Hippocratem, & quia dysuriam illam, quæ fit ex plenitudine, aut inflammatione solvit venæ sectio, & sic judicat necessarium addere aphoristica sententia illam particulam *etiam*, ut constet auxilium esse venæ sectionem ad dysuriam, quæ fit ex plenitudine, aut inflammatione: reprehendit insuper Hippocratis edictum, quod jubeat secare venas internas, seu superiores in urinæ difficultate per sequentia verba. *Illud verò secundas esse interiores, si de manum venis dicatur, verum non est, neque Hippocrati consensaneum.* Siquidem videatur in omnibus suis scriptis,

in partibus iis, quæ supra jecyr sunt affectis ex manibus sanguinem mittere; inferiorum verò partium morbis, poplitis, aut malleoli venas pertundere jubar, de quibus si quis ipsum, illum dixisse arbitretur, secare autem interiores, parvi id est momenti; ab unâ enim eademque vena, utraque tam interior, quam exterior nascitur in poplite trifariam divisâ, quia unica etiam vena ad hoc membrum pervenit, non sicuti ad manum due. Et concludit. Melius itaque fuerit hunc aphorismum inter ascitios habere.

Noster tamen Vallesius in expositione hujus textus aliter intelligendum esse Hippocratem censet; nempe non ad omnem difficultatem urinæ opus esse secare venas, nique contrarium dictare Hippocratem; sed solum quando urinæ difficultas oritur ex inflammatione, aut inflammationi simili affectu in collo vesicæ, & tunc quidem secare oportet, non externas solum venulas (scatifikatâ cute) sed internas alias, & majores venas, quæ crassum sanguinem copiosè exhaustant. Itaque quod Hippocrates dixit *secare interiores*: ideo dixit, ne sic scarificatione cutis esset contentus, quod non intelligens Galenus, negavit facile, aphorismum esse Hippocratis. Cæterū in hac hæsitatione licet Galenus negaverit in inflammatione vesicæ venæ sectionem in brachio; Vallesius tamen ipsam non reprobat, sed potius eam fateri videtur quandū internas, & majores venas, quæ copiosum, & crassum sanguinem fundunt, jubar aperire; de his, quæ sunt in brachiis potiori ratione intelligi debet, non de illis, quæ in malleolo sunt sitæ, cùm angustiores sint illis, quæ in brachio sunt. Quare secundior opinio in proposito casu est, quam ferè omnes Classici admittunt: quod si urinæ difficultas, quæ ab inflammatione oritur, in vesica, aut affectu inflammationi sita, supponat corpus plenum, primò sit secunda vena in brachio revulsionis gratia, & deinde ad talum accedere, ut derivationem consequamur, & hâc ratione componitur doctrina Galeni cum aphoristica sententia, & nostra doctrina firmata manet, & à calumniis libera, nempe quod in affectibus partium inferiorum revulsionis gratia vena est secunda in brachio. Cæterū si urgeat, quod in vesica continetur, & non sit timor convocandi sanguinem à superioribus ad inferiora pro ratione urgentiæ, derivationem moliri debemus in affectibus renum, & vesicæ, venam secando in talo: Et licet Galeno demus gratis, quod ipse intendit, nihil obstat nostræ adductæ conclusioni, quia Hippocrates non dixit inflammationem vesicæ, sed *difficultatem urina venâ sectio solvit;* etiam si difficultas urinæ oriatur ab inflammatione, quo casu censendum est, jam inflammationem non incipere, sed valde increvisse, adeo ut urina difficulter reddatur, & tunc quidem venæ sectio ex brachio non juvaret, sed ex talo, cùm vesicæ morbus jam esset nimis adauctus, & ob ipsius urgentiam necesse est derivare, potius quam revellere, & sic meritò tunc venam in talo secamus, quoniam magis urget indicatio derivandi.

Illicò tamen pullulat scrupulus contra nostram præcipuam conclusionem: nam si morbis partium inferiorum incipientibus sanguinis missio revulsoria per venas brachiorum administraret, etiam morbis partium superiorum inchoantibus, sanguinis missio revulsiva debet ex talo admini-

strari, nullā adhibitā exceptione necessariā, quippe in utroque casu eadem militat ratio, ac proinde in his morbis minimè venam in brachio tundere debemus, sed in talo revulsionis gratiā, quemadmodum in inferioribus partium morbis venam brachiorum ferire demonstravimus.

Respondeo facile, quod in utroque casu simul indicatur revulsio cum derivatione, quia indicatio est mixta; attamen in affectibus partium inferiorum non adest commodus locus, ut utraque indicatio, revellendi, scilicet, & derivandi adimpleatur simul; quare si unus, aut alter sit omittendus, satius erit derivationem in aliquod tempus differre, quām revulsionem penitus relinquere, etenim si à derivativā venā sectione inciperemus in morbis inferioribus, humoribus fluentibus, tota copia ipsorum impetuose convocaretur ad locum affectum, & sic debet omitti derivatio pro tunc, & revulsio debet praeferri, quippe partibus inferioribus patientibus, non adest commodus locus, ut simul revulsio, & derivatio exequantur, ut per se patet, etiam si morbi principium regulariter id expostulabat. Ceterū quia sectā venā in talo solam derivationem molimur, & potius humores versus partem affectam, attrahimus, oportet, ut attractio vitetur; ad sectionem brachiorum prius accedere, & revulsionem moliri derivatione posteriū relicta. At in affectibus partium superiorum locum præstant commodum brachiorum vasa, ut simul revulsio, & derivatio celebrentur, humoribus fluentibus, retrahendo; & qui sunt in vicinis venis jam fluxis derivando, quapropter in affectibus superioribus locum tenet venā sectio in brachio revulsiva & derivativa, secūs in principio morborum partiū inferiorum, in quibus solum revulsio per venas brachiorum potest exerceri, ut impetum humorū fluentium ad infernas partes cōcēdamus in posterum, relicta sectione in malleolis, nisi, suppressa sit menstrualis evacuatio, aut hæmorrhoidalis, quae sit occasio morbi in partibus inferioribus, in quo eventu adhuc in principio fluxionis venam tali ferire debemus, ut suppressam vacuationem provocemus, quae propria medela est iuxta Galeni doctrinam lib. de ven. sect. advers. Eraſm. etenim menstruis suppressis, fœminam quolibet malo implicari facile est, huicque rursus evacuationes per uterum medentar, (aiebat Galenus) & in aphoristica sententia mensibus non fluentibus ab utero morbi contingere dictavit Hippocrates. In cuius textus expositione Galenus uteri tumores cancerosos timendos esse pronunciavit. Quapropter qualibet evacuatione inferiori ex dictis suppressā, sollicitus minister eam debet illicē provoca in vulnerando talum, ut causam, seu occasionem morbi deponat, præcipue cū in partibus superioribus fluxionis origo tunc non sit, ut exinde nullus sit timor, ut sectā venā in talo, humoris impetuose fluant in locum inferiorem patientem, quoniam per ipsam potius ab origine fluxionis, seu parte mandante, quae inferior est, celeriter detrahimus humoris, iterum evocatā per uterum, aut hæmorrhoidas, suppressā vacuatione: si autem actualiter expurgentur menstrua, aut hæmorrhoides, & fluxionis origo in superioribus adjaceat, etiam sanguis ex talo poterit mitti, quoniam majus incommodum subsequitur ex detentione menstrualis sanguinis, qui impior, & pravior censetur, quām ex purioris sanguinis ad lassam particulam decubitu.

Ambigua tamen apud Medicos resolutio versatur, an in principio inflammationis uteri, aut vesicæ aëtu fluentibus mensibus, vel enixarum locchiis, vena sit secunda in talo in parva quantitate, sèpius repetitā, usque dum celebretur sufficiens evacuatio pro toto corpore: quā ratione sanguis in inferioribus venis existens optimè derivabitur, quin ex membris superioribus parum, aut nihil deorsum trahatur; etenim parva sanguinis quantitas vix, priusquam ad superas partes ascenda, delitescit; attamen si magna foret per talum vacuatio, sanguinem in superioribus partibus existente ad motum concitatæ deorsum in magnum affectæ particulæ detrimentum. Ex alia verò parte (si stantibus viribus) semel immodecana sanguinis copiam detrahamus per talum, quā non solum sanguis in inferioribus partibus existens derivetur, sed qui necessariò ex superioribus fluit ad inferiora, & ad locum affectum vacuetur. Videlur esse magis rationi consonum, ita vacuare; nam aliter si per parvas sanguinis extractiones humores deorsum inclinatos, cū non evacuentur celeriter per talum in morbosam partem affectam inferiorem decumbere erit necessarium, & sic majus nocumentum, quām præsidium lucrabimur, si repetitas, & parvas missiones sanguinis faciamus. In hac hæstitione in adducto casu securius esse putamus simul secare venam in talo, & in brachiis, ut fluentes humoris in partem lassam inferiorem revellantur, & confluxi jam occupantes partem affectam, & vicinas venas deriventur, & ut utilis expurgatio à Natura instituta non impediatur. Hac etiam ratione in acutissimis fœminarum morbis, anginâ scilicet, phrenitide, & plevritide, menstruis actu fluentibus, simul venam in talo, & in brachio vulneramus fœciliſſimo successu, simul occurrendo morbo acuto partium superiorum, & convocando naturæ motum ad uterum, aut saltim ipsum non impediendo.

Sit altera limitatio, & animadversio: in mulieribus menstruantibus, & in quibus tempus menstruationis jam instat, necnon etiam in viris, in quibus aliqua inferior evacuatio habitualiter molestia, etiam si actualiter non fluat menstruum, neque defecerit, sed potius singulis mensibus, nimia sanguinis copia fluat, sive parcè, & diminutè expurgaverint, morbis quibuslibet superiorum partium, & totius corporis incipientibus, medela per venæ sectionem in talo debet incipere, dummodo non instaverit valde alicujus affectus urgenter, ex qua periculum mortis timeatur.

Hæc conclusio apud Classicos Autores recipitur unanimi consensu. Ratio hujus asserti fundamentalis ex eo deducitur, quod sanguis menstruus non colligitur totus simul in uteri vasis, sed sensim, & paplatim ibi acervatur, ut destinato tempore, natura instimulata, & laceffita, sanguinem illum, coquinatum per uterum propulset; itaque menses usque ad tempus excretionis continentur in vasis circa uterum, & sensim illic coacervantur quotidie, non tamen quotidie excernuntur. Ita sentit Petr. Garcia nostræ Complutensis Scholæ decus lib. de loc. affect. disputat. 68. capite 4. necnon etiam Iacobus Primeroius, in animadvers. ad disputationem pro sanguinis circulatione, quem sequitur Zacutus Lusit. lib. 3. sua prax. cap. 6. & plures alij Autores nostri sacerduli, quos longum esset recensere: unde planè infertur, quod non solum dum men-

strua actu fluunt, sed antequam fluere incipiunt, veluti in medio mensis jam vasa uteri considerabilem illius excrementij sanguinis copiam in se continent, usque ad statutum excernendi tempus; in quo jam vasa luxuriant, & ad expulsionem insimulatur natura, & hoc præcipue fit in illis foeminis, in quibus copiose sunt menstruales evacuationes, quippè major in ipsis talis excrementis sanguinis copia præsumitur coacervata in diebus intermediis, seu in medio mense. Quo præsupposito, infertur non dubie, quod si in febre putrida, exempli gratiâ, aut in affectu aliquo partium superiorum, quo foemina corripiatur, sanguinem mittamus ex brachio, quocumq; tempore id fiat, sanguis ille pravus in uteri venis contentus, & ibi tanquam excrementitius repositus, sursùm ad majora vasa, & nobiliora membra deferatur, ibique gravissima, & dira accidentia causentur, & morborum incrementa severiora non solum per copiam sanguinis ad superiora devehant, verum etiam ratione qualitatis virulentæ, quâ sanguis menstruus pollet, Hippocr. autore lib. de Virgin. morb. ergo in quovis tempore utilius erit, & magis securum in mulieribus, & in viris, in quibus aliqua præsumitur suppressa evacuatio in partibus inferioribus venam tali secare, per quam sanguis ille inutilis, & à natura separatus pro consuetudine expurgetur per uteri regionem, aut per sedem inferiorem, ubi hæmorrhœa sit reclusa, tali vulnerato, ut superiora non petat, nisi ut dictum est, affectus adeò urgeat, quod ad se convertat totam curationem, & urgente causâ cogamur ex brachio sanguinem fundere, ut celeriter succurramus indicationi sumptæ ab urgentiori, cui curantis consilium dirigi debet.

Hæc tamen doctrina, licet plausibilis sit, limitationem aliquam meo iudicio patitur: nam si foemina (exempli gratiâ) quibus menses ritè, & commode, & secundum tempus consuetum, & durationem consuetam fluxerint, & nuper sedata prorsus vacuatione per uterum, incidat in febrem putridam quamlibet, quæ expostulet venæ sectiōnem, tunc quidem sine dubio censeo tundendam esse venam in brachio, quippè in tali casu nulla præsumitur sanguinis copia coacervata in uteri venis, quia supponimus ritè, & commode foeminae esse repurgatam, neque mediare tempus, nec dies considerabiles, in quibus paulatim coacerveatur sanguis in utero: ergo meritò secabimus venam brachiorum sine timore retractionis alicuius sanguinis ab utero in partes supernas.

Ex dictis ergo constare jam censeo, propositionem illam universalissimam de sanguine extrahendo ex tali in omnibus morbis incipientibus, neque veram absolutè esse, neque Artis principiis consonam, imò potius in praxi pluribus erroribus obnoxiam, neq; enim ex tam incerta digladiatione Medica nostra Facultas honorem aliquem luctatur, sed vilipendium apud vulgares, cum videant Professores insignes novitatis, & contradictionibus implicari. Vnde hæc nobilissima Scientia penitus contemnitur. Audite circa hoc vetustissimi nostri Oraculi querelam in proœmio ad lib. de vici acut. ubi sic fatur. *Atqui calumniam banc ars tota magnam apud populares, ut videatur, neque esse quidem omnia medicinam, quia in acutissimis morbis tantoper differunt invicem artifices, ut que alius exhibet, optima esse putans, hac existimet alius mala esse.* Eia ergo, o virti doctissimi, honoremus Medicinam, ipsam enim creavit Altissimus, neque

aborrebit medicamenta vir prudens, & sapiens; liberemus eam à vulgaribus calumniis, & ipsam veneremur, tanquam de manu Altissimi donatam, ut jure optimo cum Marsilio Ficino alta voce dicamus de Apollinea Facultate: *Fas sit tibi ducere ab orco extintos homines, iterumque animare sepultos.*

C A P V T . V.

In quo Contrariorum argumenta (si que militant) contra nostram sententiam solvuntur.

Si memoriam teneamus omnia ea quæ à nobis superius dicta sunt, minimè erit onerosum adversariorum jacula dissolvere: etenim testimonia pro contraria parte adducta, si de principio principiante intelligantur, in quo nihil considerabile in parte superiori laborante continetur, præcipue corpore existente pleno, ex limitationibus à nobis adductis constat, tunc venam tali primo occursu semel posse tuto secari, cum nihil urgeat, quod in parte continetur, sed potius sanguis, qui paratus est fluere.

Item: si partes superiores patientur per consensum cum hypochondriis, ubi origo fluxionis stabulatur, etiam est certum, auspicandam esse curationem, vulnerando venam in tali: unde, si quæ sunt adducta testimonia, quæ pro talaribus Medicis videantur consona, solvuntur facile, si doctrinam in limitationibus adductam perpendamus.

Cæterum, ut ad particularia magis descendamus, ut nihil intactum pro cœtraria parte relinquamus, locus Gal. 5. lib. meth. c. 3. adductus nihil probat; nam sectio venæ in cubito deorsum retrahit humores, qui ad caput repunt, & sic optimè verificatur, quod sit revulsio deorsum in his, quæ supra sunt, & sursùm in his, quæ sunt infra, modo *suprà* à nobis exposito: video, obsecro, iterum pro satisfactione hujus loci expositionem Gal. 6. lib. de morb. vulg. com. 2. text. 9. super illa verba *superius* à nobis adducta pro corroboratione nostræ conclusionis, nempe, *Dissimilia si sursùm vergunt elata per inferna solvere.* Et in quorum verborum expositione, sic cecinit Galen. *Humores námque sursùm elatos, hoc est sublimè petentes deorsum versus detrahere, ant rectè impetum facientes oportet, & contra decurrentes in oppositum ducendi sunt ut in capite vitiato purgatione per alvum, & scelione vene cubiti nendum est.* Hucusque Gal. ubi fatigari videatur, revulsionem à superioribus ad inferiora explicatam per illa verba Hippocr. *dissimilia si sursùm vergant elata, &c.* celebrati venâ scelâ in cubito; ruit verò fundamentum Medicorum Talarium affirmantium illud verbum *Deorsum solvere*, semper significare venæ sectionem in tali, quasi non esset alia contrarietas, neq; alia revulsio, quæ fiat ad inferiora, licet non ad distantissimas partes. *Quo fundamento omnia Antiquorum, & Classicorum testimonia, quæ contra nos militare videntur, manent soluta, quia venæ sectio in cubito, deorsum etiam trahit, & revellit humores sursùm petentes, ut latè suprà ostendimus.*

Textus adductus ex 1. method. cap. 5. ubi manus laborante, crura scarificate jubet, & altero cruce male habente, reliquum, nihil probat contra nostrum intentum, nam in casu adducto, revulsio cu[m] derivatione indicata erat, attamen simul exerceri non poterat, quippè apta pars mediocriter distans,

distans, utrique deserviens, inveniri non potest. Ne igitur in principio affectus ad manum læsam accederet, & plenitudinis depositio, & quæ pro tunc posset administrari revulsio, omnino dimitteretur, crura saltim scarificare innuit, ut si non ex toto pro possibili indicationibus satisficeret, revellendo, aut ex crure directe opposito; aut ex manu contraria. Etenim ex utraque parte celebrabitur revulsio juxta diametros diversos, seu diversas contrarietates; elegit tamen pro revulsione Galenus scarificationem in cruribus, forsitan, ut suppleret vicem venæ sectionis ob defectum virium, & etiam, quia crus est aptior locus ad scarificationem, quam brachium, ubi minor carnis pottio, & arteriarum, venarum, muscularum, nervorumque copia reperitur; quapropter, & quia nondum cognita erat pars mandans ad deponendam plenitudinem, non magis intererat revulsionem à dextris ad sinistra, quam à superioribus ad inferiora facere, eligit scarificationem pro revulsione affectus manum occupantis in cruribus, omissa indicatione derivandi in posterum propter defectum loci, cuius sectio deserviret simul revulsioni, & derivationi, quæ celebrari exposcebat, ubi jam fluxio occupavit manum; sic ergo necessitate coactus solam revulsionem exercuit, non quidem, quia affectus jam factus non expostulabat derivationem, & revulsionem simul præterquam quod si litteram textus maturè inspiciamus, certum est Galenum non excludere sanguinis missionem dum jussit scarificare crura; etenim si vires adfissent, sanguinem absque dubio priùs extraheret, & cum virium jacturam nou expressit, censendum est, priùs sanguinis missionem, quam scarificationem Galenum exercuisse, aut simul cum venæ sectione ex superioribus vasis facta, meram etiam revulsionem in partibus inferioribus minoribus auxiliis consuluisse, qualia sunt scarifications, frictiones, & ligature, quæ assidue à nobis exercentur pro revulsione, tanquam leviora remedia, simul majora exequendo ex partibus superioribus, quæ adimpleant utrumque munus revellendi, simul & derivandi, sequuntur Galeni verba ad nostrum intentum lib. 2. de compos. medic. scđt. loc. ubi sic loquitur. *Si vero velut debile existens caput ad se sublatos vapores, ac humores suscepit, materiam revellere oportet in totum corpus, atque ita particula mederi per cylstres, itaque revulsio fit & ligaturis extremitatum, & pluribus infernarum partium confractionibus; interdum etiam sanguini ex cubito detractione.* Ergo Galenus dum ex partibus superioribus per brachium simul derivat, & revellit; in partibus inferioribus levioribus auxiliis meram revulsionem simul consulit exercendam, & communiter apud Methodicos id exerceri didicimus.

Eadem etiam ratione altero crure laborante (revulsione etiam gratiâ) alterum crus jubet scarificare Galenus, & non brachium oppositum, ut potè non censemur pars idonea ad auxilium praeditum ob rationem *suprà adductam*. Sic etiam laborante manu alteram non scarificat, sed potius ad crura descendit, tanquam ad membrum magis idoneum; unde planè infertur, quod revulsio non secundum longitudinem tantum, sursum scilicet, & deorsum, debeat procedere; verum etiam versus latitudinem, à dextris nempè ad sinistra, & è contra, jure optimo & juxta Galeni dogmata administratur; etenim ut ultra-

que revulsio utilis crederetur, utriusque in eodem textu ponit exemplar, quasi nos moneat, revulsionem æquè fieri, laborante manu, ex cruris scarificatione ejusdem lateris, aut in altero crure facta scarificatione: Præterquam quod cum affectio morbosa in manu urgens non sit, nec periculosa, nec celerem, nec citissimam curationem exposcit; quare etsi per meram revulsionem incipiamus medelam, nihil obstat, quandoquidem etsi differatur, indicatio derivandi, nullum imminet periculum mortis: neque altero crure laborante alterum crus scarificare inviolabiliter censendum est in Galeni doctrina exequendum. Perpendite, quæso, testimonium ejusdem Autoris 2. ad Glauco. cap. 2. de affectu cruris loquendo, cujus verba sunt sequentia. *Veluti in ea, de qua nunc agitur dispositione ad genu fluxus deferatur, atque hoc subito plurimum attollatur, tibi vero totum corpus plenum sanguine appareat, & valida laborantis vis, is sanguinis evacuatione ex superioribus partibus indiget, oportetque incidere ejus in cubito venam, aut scilicet interiorem, aut medianam.* Videas ergo dum sanguinis missionem consulit revulsivam, ipsam non in opposito crure, sed in ejusdem lateris brachio fieri admonet: quia ergo revulsio utroque modo administratur; perpetuò & inviolabiliter non debet scarificari alterum crus, sed pro libito revulsionem commendat, vel in brachio ejusdem lateris, aut in altero crure.

Cæterum in lib. de curat. rat. per sanguin. miss. cap. 19. cit. Galenus contrarium non docuit: nam præcautionis gratiâ podragicos ex cubito venam fecat; comitalibus vero morbis, & vertiginibus, obnoxios ex cruribus; & insuper in iis, qui pati jam incipiunt capitales morbos: Hæc doctrina locum habet, si intelligatur de principio initiante, & præcipue corpore pleno, ut in limitationibus ostendimus: eadem ratione intelligentius est Galenus lib. de scarificatione cap. 4. necnon etiam 13. meth. per illa verba. *Siquidem longissime à parte tentata fluxione, &c. ubi illud tentata, videatur significare principium initians morbi capitalis, in quo eventu ad contrariam, & distantiori partem potest fieri revulsio, quia parum, aut nihil urget tunc derivandi indicatio.* Et eadem ratione solvuntur textus Avicennæ, qui loquuntur de ægritudinibus declinantibus ad caput, in quibus convenit venæ sectione in talo, quia illud verbum *Declinantibus*, fieri fluxionis, & ipsius principium initians planè denotat, alter locus immediatè post adductus solum significat, quod major fit retractio in ægritudinibus capitalibus, si secemus venam pedis, attamen si talis sectio fiat tempore, in quo inest indicatio derivandi à capite, licet fiat major retractio venam tali secando, tamen contemnitur derivatio, quæ plurimum instat, & postulat venæ sectionem in brachio, quæ simul revellit, & derivat: *Locus autem ex 6. epid. scđt. 2. text. 7.* eodem modo est intelligendus de his, quæ in principio initiante fluxionem patiuntur, nam si sursum repant, clata deorsum solvere oportet; præterquam quod deorsum solvuntur vena secta in cubito, ut latius ostendimus *suprà*, & Galenus planè id testificat secando venam cubiti in expositione textus citati: *Neque argumentum à Doctore Ramirez machinatum alicujus roboris est: etenim, ut infra constabit, venæ secta in brachio minimè convocat fluxionem ad superna, potius revellit, & in sua opinione de-*

ravit à cerebro, & vasis ei proximis humorem: Si ergo sectio in brachio est derivatoria in affectus capitis: ergo non trahit ad cerebrum, neque ullo modo convocat humores ad ipsum, ut latè ex dictis, & dicendis patet.

Ulterius etiam tota Arabum familia cum suo majori Principe non evertunt nostram conclusionem secundo venam tali in plevritidis principio, aut in brachio opposito: nam intelligi debet hæc doctrina de principio initiante in corpore præcipue pleno, in quo parum aut nihil urget, quod in plevra continetur, alioquin cum Galeno, & Græcorum omnium familia illicet venam ejus brachij patientis cum clarissimâ utilitate tundimus, quâ & revellimus, & derivamus simul & evacuamus: quæ methodus adeò plausibilis est, ut nova suasione non indigeat. Et licet Trincavellus, & Leonardus Iachinus sectatores Galeni videantur, & in plevritide venam in talo secant, in sensu à nobis explicato sunt intelligendi, cùm doceant interdum sufficere, & prodesse sectionem saphenæ in lateralí morbo: quod minimè oppositione est nostræ conclusioni, ut constabit si testimonium adductum Iachini atento animo legas, ubi totam nostram doctrinam in limitationibus adductam ad unguem invenies enodatam: Neque Hercules de Saxonia aliud voluit, cùm asserat circa inflammationis initia revulsoriam venæ sectionem convenire aliquando ex pede, aliquando ex latere opposito, quando scilicet in particula nihil continetur, quod periculum immineat, & quandò ingens in corpore adfuerit plenitudo.

Hippocrates etiam lib. de nat. hum. de præcautione aperte loquitur, per ista verba: *Entendum est autem, ut sectiones quam longissime à locis faciamus, ubi dolores fieri solent.* In qua doctrina non supponit dolores actuales, sed dispositionem partium facilè recipientium, in quibus dolores excitari assolent: Testimonium Galeni 2. de art. cur. cap. 2. solùm probat, quod influentium humorum revulsio est medela, quod nos libenter fatemur; nam venæ sectio, quæ fit in cubito, humoribus fluentibus, revulsiva etiam dicitur. Neque putandum est, idem significare revulsione, ac retractionem per talum, hoc enim vanum esse, & satis frivolum demonstravimus; & si forsan Galenus amphibologè videatur loqui, credamus Averroī lib. 7. cap. 29. citato, qui irridet Galenum, eò quod aliud docuerit in sermonibus universalibus, & aliud opere exequatur.

Fundamentum quo Barbari Scriptores nituntur contra nos, ex dictis debellatum jam manet; etenim etiamsi non sit fluxio sedata, venam in cubito secare tenemur, dum, quod in capitali affectu continetur, urget, quippè ea revellit, & derivat à capite, quin metus sit concitandi fluxionem versus partem in quam succi nituntur; quandoquidem est certum derivatoriam esse sectionem in brachio, & revulsoriam; attamen si plenum valde sit corpus, fluxione initiante, valentèque irruentibus humoribus, ubi parum urget, quod in membro superiori continetur non abs te primo occursu venam tali inscindere, & immediatè ad brachiorum sectionem accedere, ut sic utrius muneti inserviamus, derivando, & revellendo.

Majus facescit negotium solvere edictum illud Hippocratis 6. aphoristica sententia text. 21. citato, ubi insipientibus prænuntiat restitutionem men-

tis si varices, aut hæmorrhoides superveniant in quorum verborum confirmationem, & in favorem talarium Medicorum, & Arabicæ familiæ formavimus rationem satis efficacem, quâ nostra opinio videtur claudicare: Attamen solvit textus amphibologia, si perpendamus delirium, seu maniam, de qua Hippocrates loquitur, esse delirium melancholicum, & minime furorem à bile ortum; ita dictavit Galenus in expositione *textus citati*. Quo præsupposito, constat probabilissimè hujusmodi delirium melancholicum foveri à venis meserae, tanquam ab origine & primo fonte, quo fit, ut natura protrudente humores melancholicos insaniam illam causantes, ad crura, & hæmorrhoidales venas sequuntur talium affectionum generatio, & melancholicī delitij solutio, quam insaniam vocat Hippocrates, convocatis humotibus ad infernas partes, per quarum consensum patiebatur cerebrum: Et licet in ipso supponatur aliquid imbibitum, ratione cuius indicatio derivandi videatur exposcere vacuationem per superiores brachiorum venas; tamen natura provida, quasi per crisim totam colluviem humoris melancholicī decumbentis ad cerebrum, separatione, & segregatione facta à puro sanguine deponens in crura, & in hæmorrhoidales venas, solvit delirium, utpote fluxionem penitus cohibens, ita ut nec vestigium in proximis venis cerebro melancholicī humoris remaneat, quo fit, ut delirium non habeat causam immediatam foventem. Et si forsan tempes- ries, aut vapor, aut quantitas pauca humoris impasti in cerebro remaneat, natura ipsa proprio, & nativo calore resolvit, & aliis auxiliis topis, quin sit necessaria venæ sectio in brachio. Alter enim si citra naturæ excretionem sanguinem mittamus ex talo, gravato admodum cerebro, & urgente humore melancholicō ibi impacto, necessaria est venæ sectio in brachio, quæ revellat, & derivet: Cæterum ubi effectus per consensum cum hypochondrio censemur, primo occursu venam tali secare debemus, & deinde urgenti capitali morbo, seu delirio melancholicō ad sectionem brachiorum accedere debemus juxta ea, quæ in limitationibus nostris docuimus, ex quo modo in contrarium adducta soluta manent.

Ad corroborationem pro Arabum sententia constat, quod si materia contenta in cerebro adeo sit exigua, ut si non continuaretur fluxio neque nova suppeditaretur materia, morbus non ingrederetur, tunc quidem per venam tali revellere erit rationi consonum, contemnendo indicationem derivandi, & amplectendo indicationem revellendi, præcipue ubi nimia corporis plenitudo accusat, & morbus capitalis est per consensum cum infernis partibus, aut est in principio initiante, in quo parum, aut nihil instat indicatio derivandi, aut forsan pars superior recipiens ignobilis est, in quibus occasionibus posse tutò vulnerari talum, docuimus *sprā*. Tandem ad confirmationem argumento à simili facto de partibus inferioribus, & utero, in quibus venam secamus in brachio pro revulsione, *infra* constabit solutio, & disparitas, quæ fundatur in defectu loci accommodati pro revulsione, & derivatione simul exequenda, ideoque revelli mus primò, & differimus derivationem usque dum fluxionis impetus cesaverit.

Denique argumenta, quæ à Doctore Caldera adducuntur

adducuntur, ut probent in omnibus febribus veniam secundam esse in talo, ex impugnatione prædictæ doctrinæ abundè soluta manent, & nostra opinio magis corroborata ex impugnatione fundamentorum à prædicto Doctore adductorum, quæ obsecro iterum videoas, ut veritas nostra magis eluceat.

Scrutinio tam speciali eget celebris illa controversia ab Hispalensibus Medicis etiam agitata, scilicet an in malignarum, & pestilentium febrium principio, in quibus venæ sectionem est indicata, convenientia secare venam in talo, an verò in brachio. In quo litigio satis digladiantur Doctores, inter quos Doctor Ludovicus Perez Ramirez, qui apud Hispalenses palmam atripuit, *Conclusione sexta suorum operum acerrimè defendit*, & probare intendit in omnium febrium malignarum, seu pestilentium principio semper veniam secundam esse in talo. Doctor Ludovicus Rodriguez Lusitanus Primarius Medicinæ Professor Salmanticensis Scholæ, necnon etiam Doctor Granatus Primarius Professor Hispalensis Universitatis eandem sequuntur opinionem, quorum sunt plures sequaces, & graves Medicinæ duces, qui in præsenti difficultate satis insudarunt, opinantes cum Doctore Ramirez sectionem in talo in principio dictatum febrium satis esse opportunam, & felicibus experimentis confirmatam, inter quos peculiari indagine, & firmioribus fundamentis absolvit litigiosam controversiam propositam Iosephus Galeanus Medicus Siculus *Epistola de febre epidemica* fol. 63. à qua citati omnes Hispalenses Medici forsan efficaciora jacula mendicant. Ex Classicis nostri sæculi Autoribus Galeano videntur adhædere Ludovicus Mercatus doctissimus lib. 7. *Praxis Med. de curat. febr. malign. & pestilent.* Eustachius Rud. lib. 3. *de febribus pestil. & malign. cap. 30.* Zacut. Lusitan. lib. 3. *observ. 44.* Horat. Augen. lib. 3. *epist. & consult. medic.* Sennert. lib. 4. *prax. cap. 11. de curat. febr. pestilent. & malignarum in genere,* quos sequitur Doctor Marosa Vallisoletanus lib. *de febrib. cap. de curat. febr. malign.*

Perpendamus ergo fundamenta, quibus nititur hæc assertio à Iosepho Galeano, & omnibus sequacibus adducta: Sit primum. In principio malignarum febrium, & pestilentium venæ sectionem indicantium debemus coercere raptum, & humoris venenosii motum versus nobiliora membra: sed hoc melius & securius sit per venæ sectionem revulsoriam ad distantiora, & ignobiliora membra detrudentem materiam pravam, malignam, & veneficam, quæ talium febrium est causa, & mortem infert diram, & violentam per decubitum, quem præstat versus cor, & cerebrum. Ergo Medicus scientificus accedens ad pestilentium, & malignarum febrium medelam, illicè in principio debet secare venam in talo, ut coercent raptum humorum irruentum ad partes principes, ipsum convocando ad membra distantiora, & ignobiliora, & simul morbificam materiam deponendo, & evacuando.

Secundò fulcitur eadem assertio: nam minera hujus venenatæ putredinis stabulatur in venæ cavæ trunco, atrabilario sanguine, & pestifero repleto; qui origo, & fomes pestilentis febris censeretur ab omnibus; sed tertiùs evanescatur, & melius per scissionem venarum pedis, quam brachij: ergo illæ potius sunt secundæ: Minorem, in qua totius ratiocinationis stat difficultas, sic

ostendere conantur; etenim sive respiciamus venam cava, quæ est terminus à quo, sive cor, quod est terminus ad quem sanguis venenosus movetur, melius & securius sit revulsio, & retractio ad partes infernas, & ignobiles per sectionem venæ in talo, quam per sectionem venarum brachij, quippè ex vena cava longius est iter ad pedes, quam ad brachia: Ulterius etiam ex corde, & cerebro longissima est via ad pedes; brevis autem ad brachia: ergo sive respiciamus terminum à quo, sive terminum ad quem, revulsio major, & evacuatio materiae morbificæ celebratur, vulnerando venam in talo, quam brachiorum venas incindendo, per quas ichores maligni & venefici deferuntur in cor, & cerebrum, ut sectione facta in talo ad infimas arterias extremitates, & ignobiliora membra merito detruduntur. Rationabilius ergo erit vacuare, & deponere in pestilentibus febribus materiam morbificam per scissionem venæ in talo, per quam celebratur etiam revulsio ad distantiores partes, toties repetita, & celebrata à Galeno *libris methodict.*, necnon etiam *lib. art. medicin. cap. 95.* quia feliciori fortuna per ignobiles partes propulsatur materia maligna, & pestilens, præcipue cum facillima sit via à vena cava ad pedes per ejus descendenter truncum, qui (si Anatomicis credimus) ad ilia tendens in ramos iliacos dividitur, à quo surculi quinque emergunt, adiposus, renalis, spermaticus, lumbaris, & musculosus. Ramus autem iliacus, qui extra abdominis cavitatem porrigitur sex efficit propagines, quarum prima est saphena, idest vena malleoli, quæ ad inguinis glandulas innata per internam cutis partem inter cutim, & membranam fertur, & ad malleolum externum descensa, in pedis superne cutim variè absimitur. Cæterè si ex braeriorum qualibet vena sanguinem fundimus, periculosius erit; nam semper per coronarium venam, vel ad cor trahitur, aut per cor transit venefica qualitas in sanguine sepulta, & hoc sit sive à vena cava, sive à corde principium vacuationis, sumatur; unde non solum non sit revulsio à corde, verùm & ipsum magis inficitur, & venosis vaporibus circumducitur. Accedit etiam in confirmationem adductæ doctrinæ, quod ichores maligni, in quibus pestifera qualitas frequenter deponitur, natura suâ leves & tenues sunt, & sic facilè superna loca petere solent; sed hujusmodi motus sectione venæ in talo prohibetur, & scissa brachiorum vena juvatur: ergo quandomque cum putredine sepulta est maligna, & pestifera qualitas in sanguine, aut humoribus; tertiùs erit vulnerare tali, quam brachij venæ. Hæc sunt fulcita fundamenta, quæ Iosephus Galeanus adducit pro hac opinione, & ipsius assertio.

In favorem etiam talis assertio adducere possumus rationem non contemnibilem; etenim in principio febrium malignarum, & pestilentium natura est indifferens ad motum humoris venenosii, vel ad cutim, vel ad emunctoria, vel ad viscera, cor scilicet, cerebrum, aut jecur: sed talis indifferentia securius auferitur, & motus ad viscera impeditur, inclinando naturam, & ejus pravum motum ad pedes, quam ad brachia: ergo satius erit venam in talo aperire, quam hoc præstat citra timorem, & suspicionem ullam, cuius contrarium accidere credendum est inclinato venefico humore ad partes supernas circa cor, & caput per sectionem venarum in brachio;

cum autem in pestilentibus febribus, & malignis pletumque venenatus humor caput perat, & ferè semper cor: ejus remotio, & distractio ad distantiiora membra ad ignobiliora debite celebrabitur, scissâ venâ in talo. In cuius rei confirmationem *suprà adduximus Galenum*, & in præsenti magis ad nostrum intentum lib. de *cucurb. scarificat. cap. 20.* ubi refert quandam constitutionem pestilentiem per totam Asiam divagantem, quæ cum apprehendisset Galenum, illico jussit crura scarificare sibi, & aliis, & usque ad duas heminas sanguinem effundere, quo imperiali, & celebri auxilio liber evasit ab insidiis diri, & valde crudelis, ac pestiferi mali, quod citissimam & violentam satis mortem prænuntiabat, ex quo tanquam fidelissimo experimento jure optimo possumus inferre in principio febrium malignarum, & pestilentium feriendam esse venam in talo, quæ validius revellit humores pestiferos ad partes inferiores, & ignobiles, qui forsitan celerem, & repentinam mortem inferre possunt, si in caput, & cor repant, convocati per venæ sectionem in brachiis.

Contrariam opinionem, videlicet quod in principio febrium malignarum, & pestilentium vena sit secunda in brachio, plures Autores non insimæ notæ contra Galenum, & ejus sequaces defensandam suscipiunt, cámque antiquitus esse obseruatam asseverant toto corde: Ex his noster Socius Gaspar Bravo prædictam opinionem suadere intendit *in suis resolution. disputation. 1. sect. 7. resolut. 21.* Probat primò sanguinis missionem revulsoriam minimè indicari à febre maligna, aut pestilenti ut tali; etenim sectio venæ revulsoria debet indicari à morbo magno pendente ex vitio sanguinis in motu versus partem, in quam repere non debebat; sed febris pestilens, aut maligna non pendet à vitio sanguinis in motu ut tali, sed in quali: ergo ab illis minimè indicatur venæ sectio revulsoria, sed potius evacuatoria. Minorem suadere conatur ex eo quod febris pestilens, & maligna distinguntur à putridis, vel ob majorem intensionem purredinis, vel ob specialem corruptionem, per quam est adjuncta venenosæ, seu deleteria qualitas simul cum ipsa febre; sed totum hoc est vitium in quali: ergo hujusmodi febres pendent à vitio in quali, & non à vitio in motu, ac per consequens in ipsis non debet secari vena in talo, quæ per revulsionem coercent vitium in motu, sed in brachio ut per ipsam fiat evacuatio materiae putridæ, & morbifacæ commodiùs, & faciliùs.

Si respondeas cum ipso dari in febribus putridis pestilentibus, & malignis motum vaporum, & ichorum malignorum ferentium deleteriam, & beneficam vim versus cor, & sic indicari revulsoriam venæ sectionem in talo, ut per ipsam inhibeamus, & prorsus vitemus raptum illud, & decubitum versus cor. Contra instat Socius noster; nam si propter motum vaporum malignorum in cor indicaretur revulsoria venæ sectio in talo; potius exercenda esset in augmento, & statu morbi, quam in principio, cùm in illis temporibus vigeat magis ille motus versus cor: atqui citati Autores pro contraria opinione solùm in principio pestilentium, & malignarum febrium venam aperiunt in talo, revulsionis gratiâ: ergo vel in augmento, & statu etiam id debent præstare, aut nullo modo in principio. Ulterius premere intendit contrariam opinio-

nem, ex eo quod ratione materiae fluentis diversa auxilia revellentia indicantur; etenim si humor qui decuinbit, sit cacochymus, indicat expurationem: si autem sit sanguis, qui actu fluit, indicat venæ sectionem revulsoriam si sunt vapores, indicatur frictio, aut cucurbitula, quæ fuligines revellere valeat: ergo non sanguinis missio revulsoria semper indicatur. Tandem arguit, quia illa materia indicat averti per venæ sectionem; quæ per ipsam revellitur, sed vapores, & fuligines venenati minimè avertuntur per venæ sectionem, sed potius sanguis humores commixti cum ipso: ergo ex nullo capite convenit venæ sectio in talo in principio febrium malignarum, & pestilentium.

Respondebis iterum, per sanguinis missionem evacuari causam, ex qua elevantur venenati fuligines, & sic bene stare, quod conferat vena sectio revulsoria, quippe causa morbifica retratta ad infernas partes, retrahi etiam vaporosum concursum fuliginum malignatum necesse est. Contra tamen instatur hæc evasio; etenim illa venæ sectio exercenda est pro inhibitione vaporum, seu fuliginum cor apprehendentium juxta indicationem causæ, per quam faciliùs causam morbificam deponamus, ex qua fuligines venefici elevantur; sed venâ sectâ in brachio faciliùs, & commodius evacuatur humorum, & sanguinis copia, quæ in ipsis majoribus abundat; quippe evacuatur per via; ampliores, habentes maiorem communionem cum cava vena ascendentis: ergo quomodocumque intendamus avertere fuligines à corde, potius venam brachiorum ferrire tenemus, & minimè vulnerare talum, ex quo non lucratur tanta communicatio cum venæ cava ascendentis jecoris, in qua stabulatur causa morbifica; etenim si ex pede tentaremus revulsionem per longum tempus, & prius ex inanitis ramis venæ descendens possemus lucrari beneficium venæ sectionis, & forsitan jam esset morbifica causa impæcta in membro affecto, in quod fluit, & cùm venæ pedis non habeant eam communionem, quæ requiritur ad depositionem causa conjunctæ in partibus superioribus; superflue, & absque lucro aliquo tentabitur venæ sectio in pede; Nam si venas, quæ nibil parti affecta communicante incidentur, neque affecta medeberis, & sanam semper offendes: aiebat Galenus in com. ad hist. famula Stymargi in lib. epid. 5. Ulterius etiam hanc opinionem lancire conatur; nam ex ipsis majoribus debet celebrari sanguinis effusio in pestilentibus, & malignis febribus, quæ maiorem habent communionem cum parte affecta, sed hæc invenitur præcipue in venis brachiorum: ergo ex ipsis debet celebrari sanguinis missio: Minorem ostendit ex Galeno lib. de sang. miss. cap. 19. per sequentia verba. Sed major est consensus in brachy venis cum venis cava ascendentis, in quibus maximè continentur humores, à quibus febres pestilentis foventur, quam in crurum venis, cùm ha sint propagines vena cava descendens, in qua minor copia causa morbifica reperitur. Ex quibus deducit in pestilentibus febribus potius ex venis satis in brachio, quam in cruce sanguinem esse mittendum. In cuius confirmationem adducit sagacissimæ naturæ opera: etenim quando providè succurrat pro salutis beneficio, quando vivens torquetur pestilenti febre, tentat evacuationes per superiorès partes criticè evacuando humores per fluxum sanguinis narium, & per sudores:

cum ergo Medicus sit naturæ fidelis Minister, & amitor, in operibus artis debet exercere sanguinis vacuationes ex superioribus partibus, brachiorum vasa feriendo, & minimè talum vulnerando.

Amplius etiam suadet assumptum ex eo quod pestilens febris, & maligna solum indicant sanguinis missionem quatenus putrida sunt, sed ut tales potius indicant sanguinis missionem ex brachiis, in quibus sunt vasa majora, quæ continent morbificam causam, ibi præcipue putrescentem: ergo cum per hujusmodi vasa citius, & celerius evacuetur causa morbifica pro celeritate tantæ febris, quæ velociter, & valde periculosè movetur, consonum erit in febribus pestilentibus, & malignis venam secare in brachio, potius quam in cruribus.

Resolvit secundò Socius noster, quod quando timetur, febrem putridam, & malignam foreri ex vitio sanguinis in ramis venæ cavæ descendenter stabulantis, tunc evacuationis causâ venam esse secandam in cruribus. Rationem reddit, nam febris orta ex materia putrida contenta in vena cava ascendentē, evacuat melius, & citius per venas brachiorum: ergo quandò materia morbifica continetur in propaginibus cavæ descendenter, debet merito celebrari evacuatione ex cruribus, quæ immediatius, & citius educit causam ab ea parte, quæ fovet febrem: aqua enim videtur ratio deducta ex paritate, quando materia morbi continetur in vena cava ascendente. Confirmat assumptum; nam si mulier accidat febris pestilens, originem ducens à materia prava contenta in utero putredini apta, sine dubio vena debeat secari in cruribus, quia habet maiorem communionem cum parte affecta: ergo ita similiter quandò maligna, & pestilens febris fovetur à materia contenta in ramis venæ cavæ descendenter, debet secari vena in talo, quæ maiorem communionem habet cum foco, & minera, à qua fovetur. Et tandem suadet eandem conclusionem ex eo quod in buponibus malignis ortis ex materia contenta in vena cava descendente, jure optimo venam secamus in talo: ergo pariter quandò febris pestilens fovetur ex materia putrida & maligna contenta in cava descendente, vena in pede secanda est. Hæc Socius.

Cæterum quidquid sit de veritate hujus opinionis, de qua postea judicium faciemus; Rationes à nostro Socio adductæ minimè convincunt assumptum; nam cum febre pestilenti, aut maligna simul invenitur putredo, sive specialis corruptio, quæ parit deleteriam, & pestiferam qualitatem modificantem ipsam putredinem, nec non etiam vitium in motu versus cor, aut partem principem; undè licet febres quatenus putridæ indicent sanguinis missionem vacuatoriam ex brachio, tamen ratione motus versus cor indicant etiam revulsionem: undè cum vitium in quale, quod reperitur in speciali corruptione modificant putredinem, in his febribus reperitur aliquid speciale, ratione cuius non solum indicent vacuationem; sed etiam revulsionem humoris putridi venenat, qui plerumque irruit in cor: cum ergo sit in pestilentibus febribus non solum putredo, sed pestifera qualitas ab ea dimans, neconon etiam motus humoris, videtur pro liberto supponere nostrum Socium solam putredinem indicare vacuationem ex brachio, & minimè revulsionem ex talo.

Neque argumentum, quod adducit de motu vaporum malignorum aliquid probat; etenim si in augmento, & statu fiat motus humoris, aut vaporis versus cor, tunc temporis debet cohiberi, factâ revulsione ad partes distantiores. Præterquamquod in augmento, & statu quoad coctionem, aut quoad accidentium intensionem potest reperiri principium quoad motum, quod ex se exposcit revulsionem vaporis, & humoris venenati ad distantiora membra. Falsò etiam affirmit vapores solum indicare revulsionem per cucurbitulas, frictiones, & ligaturas; nam revulsione factâ ad distantiora loca, materiæ pravae, ex qua elevantur vapores, per sanguinis missionem jure optimo revelluntur saltim mediata: non ergo convincit, ex eo quod per frictiones, & ligaturas etiam revellantur, quod non celebretur ipsorum revulsio per venæ sectionem factam ex partibus distantioribus à corde, in quod repunt vapores, & humores, ex quibus elevantur, tanquam ex materia immediata. Ulterius etiam videtur extra rem asserere, quod si humor, qui fluit, sit cacoctonus, indicat potius expurgationem tanquam remedium revulsorum, quippe ex eo non probat quod, quando venæ sectio est indicata, non sit exercenda revulsoria in pestilentibus febribus, quandoquidem instat in ipsis necessitas revellendi humores pestilentes concitatos versus cor, qui commodè avertuntur ab ipso per sanguinis missionem ex talo.

Contra nostrum Socium licet etiam notare, quod eti per venas majores facilius, & citius evacuetur causa morbifica putrida; non tamen indè bene infertur in malignis, & pestilentibus febribus semper feriendam esse venam in brachio, quippe ex venis tali sufficienter etiam, & copiosè evacuat, & cum majori securitate quando movetur ad cor venefica materia, quia tunc temporis lucratur magis natura ex convectione materiæ pestilentis ad loca distantiora, facta venæ sectione in cruribus, quam ex eo quod ex amplioribus vasis citius evacuetur, secundo venam in brachiis, quæ proximiore est cordi, & ea ex parte citius periculum minatur. Alterum argumentum de providentia naturæ, quæ in his febribus ritè operans sanguinem per nares detruit, & plerumque sudores movet, nullius roboris est, quippe etiam provida natura rectè, & criticè operans materiam deponit in inguinibus bubones excitando, & sapè in hemorrhoidas sanguinem fundendo: ergo si sequamur naturæ discordes motiones, poterit etiam secari vena in cruribus in febribus pestilentibus, in quibus plerumque deponit materias pestiferas in partes inferiores, quandocumque criticè, & ritè operatur in sui ipsius beneficio. Ex his planè viderit constare diversam esse rationem putridæ febris, ac pestilentis, & malignæ, quia in his venenosus humor longissimè à corde distrahi exposcit, & licet in valde acutis, & pericolosis febribus auxilia celeritatem exposcant in sua executione: totum hoc sufficienter salvari potest, feriendo venam tali, ex qua impeditur, & cohabetur securius decubitus ad cor, & alias sanguis ab ipsa copiosè deponitur, & eo pacto sanguis, qui venas majores occupat successione ad id, quod evanatur, quin sit timor (ita Adversarij ajunt) ut febres deterioris conditionis reddantur, sectâ venâ in brachio per motum humoris venenosæ circa cor.

Præcipuum fundamentum ad secundam venam in brachiis in pestilentibus febribus deducit ex Galeni testimonio *suprà ab ipso allegato lib. de sang. miss. cap. 19.* in quo expressè fatetur Galenus esse majorem consensum in venis brachiorum cum cava ascendentē in qua continentur humores, à quibus pestilentes febres foventur, quā in venis crurum, quæ sunt propagines venæ cavae descendenter, in qua minor copia causæ morbificæ reperitur. Cū ergo in dictis febribus debeat celebrati evacuatio ex vasis, quæ majorem habent communionem cum parte affecta, ubi causa pestifera morbifica stabulatur: infert optimè ex venis brachiorum, & minimè ex illis, quæ in cruribus sunt sitæ, fundendum esse sanguinem in pestilentibus, & malignis febribus. Certè verba citata videntur Galenica, & credam certè communionem majorem dictarum venarum, cūm vena cava ascendentē, quā sunt vasa in brachio: attamen codicem meum sèpè legi, & perlegi, necnon etiam totum librum *de venæ sectione*, & insuper alios libros *de venæ sectione adversus Erafstratum*, & adversus eius discipulos, qui Romæ degebant, & non potui invenire in Galeno talia verba citata, & relata; forsitan enim ea transcripsit ex alio Auctore mendoso: sed demus gratis ea esse Galeni verba; tunc sic poterit in febribus pestilentibus considerari alia peculiaris indicatio revellendi à corde per partes distantiores ab ipso beneficam, & pestiferam illam materiam, etiamsi in illis non sit tam immediata communicatio cum cava ascendentē vena, & cūm ex altera parte causa morbi evanescat, & simul revellatur à corde, videtur à Contrariis posse salvare vim ratiocinationis à Doctissimo Socio adductæ.

Hanc eandem doctrinam de sectione venarum, quæ sunt in brachiis in febribus malignis, & pestilentibus fulcire intendit Recentior quidam, dupli ratione ductus, & quia venæ pedum sunt frigidiores, & strictriores, quapropter illarum sectio plenitudini evanescere non sufficit, cūm ex Galeno constet *lib. art. med. cap. 95.* evacuationes minimè per exiles, & angustos meatus, sed per latiores, & amplos fieri debere. Ratio quidem frivola satis, & quod experimento refragatur quotidiano, cūm videamus ex tali copiosa satis vacuationes celebrari pro depositione magnæ plenitudinis, præcipue balneo aquæ calidæ præcedente, & sectâ venâ in malleolo, & non in digitis in quibus angustissima sunt vasa. Præterquam quod Galenus *lib. suprà citato de cœcurbit. scarif.* in parte Asiæ crura propria jussit sacrificare, & sanguinem extraxisse testatur usque ad duas heminas: sequitur Galenum Oribadius, qui scarificatione etiam duas sanguinis libras ferè ex pedibus extraxit, & absque balnei quidem calidi præcedentia: liquidò ergo constat per venæ sectionem ex tali optimè deponi posse plenitudinem, quæ febris pestilentis, & malignæ causa esse possit, ac proinde dicta ratione non esse vituperandam venæ sectionem in tali in febribus dictis, ut *infra* constabit pleniùs; et si forsitan antiquitas sèpè scarificationibus utatur, fuit quidem propter penuriam artificis, quæ nostro seculo non est, cūm sint plures adeò periti in hac arte, ut circa periculum venam feriant, & ritè sanguinem fundant.

Secundò sancire intendit eandem opinionem ex eo, quod in febribus pestilentibus, & malignis

vires sanguoperè dejiciuntur, & enervantur, quas custodire toto corde debemus, sed venæ sectiones, quæ in tali sunt, debilitant magis, & vires effæminant, quām si venas in brachiis secemus: ergo istæ securius in pestilentibus febribus, & malignis secari debent. Minorem hujus discursus probat ex Galeno *lib. de ren. affect. dign. & curat. cap. 4.* ubi sic fatur. Sed quia affectus renalis est, & materia, ex qua generatur crassa, materiamque crassam sursum revellere promptum non est: magis verò ad ipsius lationem expectantibus deorsum vacuare expeditum: ob id si valida sit virtus, venam quæ in poplite est aperiemus, vel quæ ad malleolos, sin imbecillis, quæ est in cubito. Et mox prosequitur sic. Quapropter cūm firma virtus est, convenit ex vena quæ in poplite est sanguinem mittere, cūm debilis ea est, revellere ad superiora. Eandem opinionem videtur amplecti Avicenna *fen. 4. lib. 1. cap. 20.* per sequentia verba. Et ad summum phlebotomia venarum pedis confert agritudinibus, quæ sunt ex materiebus ad caput declinantibus, & agritudinibus melancholicis, & ipsa quidem magis debilitat, quām phlebotomia venarum manus. Ex quibus deducitur in febribus pestilentibus, & malignis in quibus effæminata, & fatigata virtus censemur, & virium dispendium ob spirituum ingentem dissipationem cernitur, meritò eligendam esse illam sanguinis effusionem, quæ minus debilitat; cūmque ea, quæ ex tali celebratur magis energet vires, & ea, quæ ex cubito exercetur, eas magis conservet, meritò deducitur securius esse in prædictis febribus venas brachiorum ferire, quām malleolum vulnerare, præcipue cūm venæ tali defectu caloris strictræ, & angustæ sint, proindeque cogimur illas calido balneo fovere, necnon etiam ligaturis, & frictionibus calefacere, ut sanguis fluat scissâ venâ in sufficienti quantitate, quæ omnia sunt cum spirituum dispendio magno; contrarium autem contingit, quandò sanguis funditur in brachio, quia cūm cordi sit proximior, tenuis, & ad fluendum paratus est, & insuper vasa ibi latiora sunt, & calidiora, nullo indigentia balneo, nec ligaturis, ac frictionibus ita validis, ac per consequens sectio talium varorum sit cum minori dispendio spirituum, proindeque præferenda in medela prædictarum febrium.

Cæterum adducta fundamenta nullius robotis, & valde futilia; sunt etenim testimonium ex *lib. de ren. affect.* tanquam Galeni censemur ab Interpretibus; Et licet verba Galeni essent, minimè probant intentum, nam ipse *lib. de sang. miss. cap. 18.* in renum affectionibus in ordine ad sanguinis missionem ambiguitatem habere fatetur propter medium ipsorum situm, quem in corpore habent, & ambiguitatem propositam dirimens sic resolvit: Itaque missio ex cubito sanguine auscultant, ubi videlicet recens fuerit phlegmone, copiaque sanguinis adfuerit. Quā suppositâ doctrinâ, quæ ab omnibus inconcurre, amplectitur, sic instatur: nam in casu adducto virtus valida supponitur, & nihilominus ex brachio, & non ex tali sanguinem mittere jubet Galenus revelli causâ: ergo cum virtute valida omisit venæ sectionem ex tali, quin adsit metus debilitatis, aut languoris virtutis. Si autem aliter voluerit aliquis solvere propositam difficultatem, inveniet fundamentum in Galeno libro citato, ubi solū loquitur de debilitate facultatis retentrieis venarum,

venarum, & non de debilitate facultatis vitalis earum. Perpendite verba. *Nam si virtus debili infra evacuavimus, retentrix, quae est imbecillis non retinebit, sed universa in praecipit rapietur, & partem assidue de fluxu impetrat succis videlicet in locum imbecillem perpetuo procumbentibus, quapropter, cum firma virtus est, convenit ex vena quae in poplite est sanguinem mittere, cum debilitate ea est, revellere ad superiora.* Ex quibus verbis planè constat sermonem non esse de constantia virtutis vitalis, quam in sanguine mittendo desideramus; sed retentricis, nec docere somniavit vires magis, vel minus ex una, aut altera sectione prosterani, sed potius humores magis, vel minus ad locum affectum ratione unius, aut alterius venæ sectionis duci, unde admisso adhuc testimonio primò adducto tanquam Galenico, nihil probat, nec suadet assumptum propositum.

Avicennæ etiam autoritas transcripta censetur ex lib. de anatomia vivorum, qui Galeni non est, sed prospicere spurius, unde in hoc Avicennæ autoritas parvi pendenda est, & ratio clamat, & contrarium dictat, nisi supponamus in hac sectionum comparatione omnia debere esse æqualia, nempe idem numero affectus, idem corpus, idem tempus, eadem regio, necnon etiam quantitas sanguinis extrahendæ par, & solùm disparitas debet versari inter venas, quæ vulnerari debent. Quibus suppositis, validatur assumptum: ex illa venæ sectione debilior reddetur vitalis facultas, ex qua celerius spiritus, & optimus sanguis à corde, & partibus præcipuis vacuantur, sed citius, & facilius fit evacuatio ex corde, & venæ cavæ trunco per brachiorum venas, quam per venas pedis: ergo potius sectione venæ in brachio vires prosteruntur, quam in malleolo, nisi sanguis largè ex pede, & parcè ex brachio fundatur, in quo casu solùm potest tenere opinio Avicennæ (si forsitan illius censeatur, & non transcripta ex lib. de anatom. vivor.) attamen tunc cætera non sunt paria & sic nihil probat: Hac ergo ratione inefficaciter impugnatur venæ sectione in talo in febribus malignis, & pestilentibus.

Sit nostra conclusio. In febribus pestilentibus, & malignis venam tali secundam esse, ubi causa fœvora febres in vasis mesenteri, aut in venæ cavæ trunco descendente stabulatur, quod agnoscitur ex tensione, gravitate, aut molestia circa hujusmodi membra. Hæc conclusio ex his, quæ superius diximus satis probata manet, quippe semper in his febribus cor, & partes superiores patientur per consensum prædictarum partium, ubi putredo, & specialis corruptio fœdem habet propriam; unde condatus Medicus semper ex fluxionis origine debet evacuare materiam morbificam, & ad ipsam revellere, si Galeni dogmatibus stenus, quibus sàpè nos moneret vel ad partem distantiorem esse revellendum, vel ad eam, quæ est origo fluxionis; cùmque putredo maligna & pestilens circa hypochondria habeat suam minoram, in trunco venæ cavæ descendenter, merito versus ipsam debemus detrudere materiam morbificam, vulnerando talos, ut à corde, & versus saam originem ipsam revellamus. Et in hoc casu talarium Hispalensem Doctorum opinionem non solùm in pestilentibus febribus, sed in affectibus capitali-

bus amplectimur, ut ex *suprà adductis à nobis latissime* constat.

Insuper addimus tali venæ sectionem etiam esse utilem in dictis febribus, quoties menstrua, hæmorrhoides aut altera quolibet evacuatio inferior sit suppressa, quæ sine dubio est causa talium febrium, aut saltim alias causas foveat, quapropter illicè convenient ad partes infernas advocare consuetam purgationem sectione venæ in talo; & reliquis auxiliis revulsoriis adhibitis, quemadmodum in hæmorrhoidalibus sanguinis suppressione utiliter sanguifuge administrantur venis hæmorrhoidalibus applicatae, quæ vires habent sanguinis missionis, & aliæ fœculentum sanguinem educunt cum minori virium dispendio: Et quidem de suppressione menstruarum satis clarè Galenus ducit libro de vena sectione adversus Erasistratum, per illa verba satis trita. *Verum menstruis suppressis, feminam cuiilibet malo implicari facile est, huicque rursus evacuationes medentur.* Cordatè igitur Medicus in febribus malignis, & pestilentibus, quibus menstrua suppressa cernuntur, sanguinem mittere ex talo jubet, ut pestilens, & virulenta materia per sentinam à natura institutam vacuetur, & à corde revellatur.

Similiter etiam talum secare debemus in principio talium febrium, priusquam ipsa materia invadat caput, aut cor, si decubitus sit in fieri, aut in principio initiante, in quo patrum, aut nihil urgeat quod in partibus superioribus continetur, & solùm urgeat venenosæ & pestilens materia, quæ fluere est apta, & in primo motu censetur, priusquam veneni signa manifesta agnoscantur per accidentia venenum comitantia, in quo casu derivationis indicatio contemnda est, & mera revulsio toto animo amplexanda sectione venæ in talo, quæ humores pestilentes, & venenosos ad distantiora membra detrudat, & per ipsa revellat, & evacuet, aut etiam per hirudinum applicationem id rectè fieri poterit, præcipue si materia fœvens pestilentes febres sit in vena porta, aut ejus ramis, aut in liene, aut ventriculo, aut mesenterio continueatur: in quo eventu, levi præsupposita purgatione, pro regione prima defœcanda, referatis hæmorrhoidibus internis applicatione hirudinum, etiamsi assueta non sit talis evacuatio, humorum spurcitia, & venenositas vacuatur; etenim sanguifuge non solùm cutaneum, & tenuem sanguinem evanuant, sed crassum, fœculentum, & in corporis profundo existentem, ita Mercatus tenet lib. 1. de reèt. presid. usū cap. 4. & Zacut. lib. 1. hyst. super hyst. 4. necnon lib. 4. hyst. 47. quest. 43. de peste agens, & quod attinet ad venæ sectionem ex talo idem Mercat. lib. 7. de febr. pest. & malign. fol. mibi. 593, docet crura scarificanda esse, aut venam tali inscindendam, maximè in principio talium febrium aut ad inguina vergente humore, & rationem reddens ait, id fieri debere, quo distantius à præcipuis membris secedat venenatus humor, & hac ratione, & in hoc tempore amplectenda est doctrina Galeni ab Oribasio adducta, qui in peste Asia in cruribus scarificavit cœcurbitulas, permisitque sanguinem usque ad duas heminas fluere, quo auxilio liber evavit, quoniam in fluxione indicatio revellendi solùm instabat, in quo evenit per inferiora, & distantiora loca revellere, & sanguinem fundere erat opportunum, & verba Galeni, *suprà adducta demonstrant pestiferam fe-*

brem esse in principio initiantem, si quis ea attente perpendat. In quo etiam sensu loquitur Zaccut. lib. 3. de praxi med. admir. observ. 45. de febre pestif. in qua saphenæ sectio utilissima fuit, ubi etiam refert Oribasij historiam lib. 7. collect. cap. 20. qui contestatur in peste Asiæ citatæ, in qua scarificavit crura.

Sed circa historiæ expositionem illicet se offert difficultas, cur Galenus in plenitudine, & peste Asiæ scarificavit crura, & sectionis venæ non meminit, quæ in morbo acuto fuso sanguine per majores venas plenitudinē citissimè deponit? Sed fortè Galenus magis commendat scarificationem in peste, quia hæc cæteris paribus minus enervat vires, quam venæ sectio, & sic tutius, & securius judicavit hanc copiosam evacuationem exercere per scarificationem, quam per venæ sectionem, quoniam sectis amplioribus vasis major spirituum copia exhauditur, quam si capillares venæ inscindantur, præcipue cum in peste solliciti esse debeamus, ne vires tantoper dissolvantur, cum semper languidae cernantur.

Pullular tamen Galeni doctrina contra nuper stabilitam conclusionem, nam lib. 2. ad Glau. cap. 1. docet affecto liene, secundam esse internam brachij sinistri venam, & lib. de curat. per sang. miss. cap. 15. idem testificat de affectione ventriculi. Licet tamen hæc verè adducta sint à Galeno, nihilominus non probant contra adductam doctrinam, quippè ipse loquitur de affectione inflammatoria utriusque partis propter decubitum humoris à jecore, aut ex vena cava in quo eventu revulsionis gratiâ in principio meritò jubet secare internam venam brachiorum. Et ut responsionis veritatem discas, perpende, obsecro, Galeni verba 2. ad Glau. citata. *Nam si splene inflammationem patiente sanguinem vis evacuare, interiores in manu sinistra venas secato.* Insuper etiam lib. de sang. miss. sic fatur. *Dolente vero latere, aut pulmone, aut jecore, aut ventriculo, ea, quæ per alas ad cubiti juncturam pertinet, hoc autem casu maximè interior secunda venit.* Accuratè igitur in adductis casibus, & jure optimo in fluxionis, aut inflammationis initio veniam secat Galenus in cubito, liene, aut ventriculo inflammatione laborante, revellendi causâ, quemadmodum etiam in principio initiantे fluxionis ad caput, aut ad superiora membra meritò talum vulneramus revellendi gratiâ, æqua enim militat in utroque casu ratio. Aliter autem ubi in regione meserae adest minera corruptionis malignæ, & pestiferæ, à qua diffunduntur in cor vapores, & per consensum patitur, meritò talum secamus, ut ad originem fluxionis venenosam materiam revellamus.

Sit secunda conclusio. In febribus pestilentibus, & malignis, exceptis casibus nuper adductis, sanguinem ex brachio mittere debemus pro celeri evacuatione, quæ in dictis febribus instat, ad deponendam causam morbificam, ipsamque movendam quam citissimè à corde. Hæc conclusio firmatur validissimo fundamento *soprà à nobis adducto* contra talares Medicos Hispalenses, & præcipus hujus opinionis sectatores, Doctorem scilicet Ramires, & Gasparem Caldera. Nam in principio febrium pestilentium, & malignarum, ubi jam signa pestifera apparent, & cor manifestè sensibiliter patitur, adest indicatio revellendi humorum fluētem ad partem nobilem, necnon etiam evacuandi humorum parti affectæ infixum & inharentem,

ergo tunc non est indicata simplex revulsio ad distantiora, cum hoc solum incipientem, vel param fluere humorem respiciat: ergo tunc indicatur auxilium, quod fluxionem inhibeat, & humorum impactum, & contentum in parte evacuet per derivationem, sic ab omnibus Medicis appellata, ac per consequens derivatio erit exercenda. Tunc sic; sed derivatio minimè fit per distantiora loca, veluti simplex revulsio, neque per partem ipsam veluti simplex evacuatio: ergo debet celebrari per partem inter utramque medianam, quæ vim habeat revellendi, & derivandi; sed hæc est brachij vena, ex qua fuso sanguine revellit humores à corde, & ab ipso derivat per vascula vicina, salva contrariaitate juxta diameter, quod dicitur intus ad extra: meritò igitur utramque indicacionem adimplendo in dictis febribus venas brachiorum scindimus.

Corroboratur amplius nostræ ratiocinationis fundamentum; nam humor venenatus, & pestilens residet in trunco venæ cavæ, unde in cor irruit, & ipsum apprehendit; sed talis humor indicat revulsionem, & derivationem à corde, quæ fit sectâ venâ in brachio, & minimè in talo, ut potè per hanc solum revellimus, & non derivamus, cum pedes non sint proxima membra cordi, nec consonum est rationi tanto-per timere venenosum humor, ut necessitè sit confugere ad distantiora loca, quandoquidem ex proxima expulsionis via vulnerando brachiorum venas, quæ citius, & securius pestiferos humores, & ichores venenatos evanescant per ductus ampliores, ipsos revellendo, & derivando à corde. Etenim si solum malleoli venas secemus, proorsù contemnimus indicacionem derivandi, ita necessariam, ut eā omissâ possimus timere rationabiliter vitam deficere prius, non evacuata protinus, & celerrimè materia venefica, quæ cordi insidiatur, & infestat ipsum. Nec valet si respondeas, per sectionem tali evacuari proximum sanguinem, & ejus loco succedere non evacuari humor venenosum, sed à corde separari. Nam contra instatur solutio, quia sectâ venâ in talo venenum adhuc intra corpus latebit, etiamsi aliquantulum à corde separatetur: securius ergo erit per venas brachiorum venenosam materiam non solum removeri à visceribus, sed evacuari per vias ampliores.

Falluntur quidem talares Medici, & præcipue Doctor Caldera *soprà à nobis citatus*, dum aiunt, sanguine fuso ex venis brachiorum, humorum venenosum potius ad cor trahi, quam ab ipso separari; etenim vena cava ascendens prius quam dextro cordi ventriculo annexatur; & coronariam venam pariat, sursum iugulum versus serpit axillares venas producere. Hoc Galenus docet libro 6. de usu part. capit. 17. & cum eo Anatomici sentiunt idem; unde minimè ad cor, sed per vicinum cavæ ascendentis trunca sanguis ad brachij venas ducitur, & ab ipso corde removetur, & derivatur, necnon etiam celerrimè evacuat. Liquidò ergo constat variari modum extrahendi sanguinem juxta indicationum varietatem, quia aut revellere, vel derivare, aut evacuare in animo Medici est: prius ad distantissimas partes faciendum; secundum à proximis vasis; tertium ab ipsa met affecta particula; sic pro mera revulsione sanguinem mittimus per loca distantiora, ubi autem composita cernitur indicatio revellendi,

revellendi, & derivandi per vasa proximiora. Meritò ergo dum febris pestilens invadit cor, venas brachiorum tundimus, ut simul indicacionem revellendi, & derivandi adimpleamus; & tandem dum evacuationem intendimus sinistram mamillam scarificamus, & simili ratione in morbis capitalibus prius venam brachij secamus; deinde venam frontis, vel hirudines venulis aurium, aut narium affligere imperamus, ut hac ratione omnibus indicationibus satisfaciamus. Si autem per sectionem venarum in brachiis sanguis venenosus deduceretur ad cor, nunquam in febribus malignis, & pestilentibus sanguis mittetur ex brachiis, etiam præmissis inferioribus evacuationibus ex talo ob timorem delationis veneni ad cor. At Sectatores talares id non faciunt, imò potius facta venæ sectione in talo, & eâ repetitâ accedunt ad sectionem venarum, quæ sunt in brachiis animo derivandi morbificam, & venificam causam à corde: ergo si sectio venarum in brachiis derivatoria ab illis censemur, minime potest convocare venenum ad cor, sed potius ab illo divertere per derivationem: hæc enim ita claram demonstrant nostrum intentum, & adversariorum fallaciam, aut ignorantium, ut supervacaneum sit in hoc litigio insistere.

Ex his, & aliis, quæ *suprà* scripsimus, constat nostra opinionis veritas: nam quamvis omnibus in nobis consentiant, at venæ cavae troncum facilis brachiis, quam pedibus consentire nemo sanæ mentis negabit, præcipue cum motus ichorum venenatorum cor irsuentium debeant prohiberi, & non juvari: at per venæ sectionem ex brachio facilius prohibentur, ed quodd ichores propter suam tenuitatem facilius per supernas partes evancentur, & non per infernas, ad quas crassi, & fœculenti succi suo pondere inclinant: cum ergo frequenter hujusmodi febres pestilentes in tenibus ichoribus subiectentur, meritò fundimus in ipsis sanguinem ex venis brachiorum.

Insuper etiam assertimus, quod si in febribus malignis, aut pestilentibus apparent. Maculae, parotides, bubones, aut carbunculi cum confectionia, & tolerantia ægrotantium, ita ut rationabiliter censemus, indicari per dictos abscessum febres enumeratas, tunc totum negotium naturæ relinquendum, & solùm Medicus sollicitus esse debet in conservatione abscessum, ne fiat ipsum retrocessus ad viscera, juvando naturæ motum, & propensionem, vel ad suppurationem, vel ad resolutionem, ut nec vestigium malignitatis remaneat. Cæterum, si natura pigrè, & diminutè procedit in expulsione, cum vires permittant, & consentiant vacuare per sanguinis missionem opus erit, ut levatæ naturæ facilius perficiat inceptum motum ad ambitum corporis, vel ad eam partem, inquam coepit bubones, aut carbunculis fabricare; præcipue si debilitas, aut langor non sit essentialis (nam tunc solùm adest indicatio restaurandi vires) sed per aggravationem, etenim tunc medela est evacuatio, quæ saburram, & oppressionem ab ipsa causam deponat: Neque acquiesco doctrinæ Massariae, qui libro 2. de febr. pestilent. seu de pest. affirmat, tales naturæ motiones juandas esse, si coctionis præcesserint signa, siquidem hoc præcepit magis urget ad purgationem exercendam, quam ad venam secandam, eti

regulariter quælibet evacuatio, aut naturæ motus per abscessum utilis censemur, quando præcesserunt coctionis signa; tamen sèpè vidimus naturam juvari per symptomaticas evacuationes, ac proinde in hac re censemus omnes abscessus cutaneos præcipue ad ignobilia membra in febribus pestilentibus, & malignis, etiamsi non apparet coctionis signa esse juvandos quia per ipsos venenosa materia à visceribus avertitur in membra ignobiliora. Ita Hippocr. 7. epid. in hist. Simonis, qui lata pustulas habebat: in cuius *textus expositione* Galenus, lata pustulas, quales Simon habebat, per aurem esse vacuandas, & ad ipsam revocandas, docet; cujus doctrinæ innumeræ sunt apud Hippocratem historiæ in libro de mor. vulgar. quas fastidiosum esset recensere.

Porrò in parotidibus, & apparentibus bубоibus sub axillis ex cubito sanguinem mittere est rationabile; in parotide quoque ex brachio ejusdem lateris, & in bubonibus sub axillis, si in una sit, ex altero cubito vena secunda, ita placuit Galeno 2. art. curat. cap. 2. & lib. de nat. human. com. 2. tex. 15. & lib. de sang. miss. tex. 15. neque irrationaliter judico in bubone axillari, facta prima venæ sectione ex brachio contratio, venam ejusdem brachij tundere, à simili ratione formata; nam quemadmodum bubone in inguine apparente, ex eodem crure evacuamus, sic operandum in axillari bubone ex eodem cubito venam secando; etenim Medicus intendit juvare motum naturæ per vacuationem; sed illa, quæ ex eodem brachio, aut crure exercetur, non solùm deonerat virtutem; sed etiam ad partem affectam humorem advocabat: ergo dum non fuerit ingens plenitudo, ex qua timeri possit inflammatio, quæ sustineri, & gubernari à natura non possit, optimum erit consilium, venam ejusdem lateris vulnerare, & hoc totum est verum, dum non fuerit aliqua vacuatio inferior suppressa, nam tunc in parotidibus, & superioribus bubonibus vena in talo secunda est ad provocandam suppressam evacuationem.


Nec silebo peritissimi Massariae opinionem lib. 2. de pest. fo. mibi 84. ubi apparente bubone in inguine, si plenitudo adsit, sanguinem primò ex brachio mittendum esse suadet more Galeni qui lib. de art. curat. ad Glanc. in inflammatione incipiente in genu ex cubito sanguinem esse mittendum docet. cap. 2. cit. revulsionis gratiæ.

Securior tamen sententia est, venam secare in pede, incipientibus bubonibus in inguine in febribus malignis, pestilentibus, etiamsi plenitudo adsit in corpore: etenim talis materia est venenosa, & maligna à natura separata, & extra sanguinis consortium, unde sanguine misso ex brachio, eti revellatur fluxio, sine dubio ad superiores partes convocatur materia maligna, & venenosa, quam viscera interna in inferiora deponebant, ut vivens seraretur, & forsan natura assueret in contrarium motum, aut à primo cessabit, & apprehendet eor aut aliam partem principem, impedito motu incepto, & salutari ad partes inferiores, & ignobiles; quare tuus erit in his casibus, venam secare in talo servata rectitudine, tametsi carbunculus malignus in altero crure extuberet, inflammationem, & dolorem ingentissimum excitans, imò & interdum gangrenam, sanguinem extraherere ex altero crure consentaneum erit ratio-

ne forsan , rectitudine servatâ , vehementiorem fluxionem excitemus , & valde periculosorem ; melius ergo erit altero crure laborante carbunculo , ex altero sanguinem fundere , juxta Galeni praeceptum *suprà traditum*. Altero crure laborante , alterum scarificare. Ità Sennert. t. 2. lib. 4. cap. 6. tenet.

Nec valet , si respondeas cum Massaria , sanguine ex brachio misso , in bubone apparente in inguine , minimè fieri retractionem veneni ad interiora , & superiora , neque id timendum esse , quia tunc non solum revellitur humor venenosus , sed evacuat à corpore : Cæterum cùm hoc idem evacuato , & fuso sanguine ex altero crure sequatur , nullatenus Massariæ responsio secunda est , sed periculo plena , & sic à nobis non amplectitur , & hæc eadem adducta doctrina de bubonibus , & carbunculis apparentibus in febribus malignis , & pestilentibus religiosè observanda est in utero gerentibus , de quibus latius infra erit sermo.

Tandem in re ita necessaria minimè omittere decrevi Ludovici Mercati opinionem , qui lib. 2. de mor. Gal. c. 10. de gallica gonorrhœa sermonem instituens , in ejusdem affectus curatione expresse tenet , quod si vel cum tentigine , aut cuiusvis alterius plenitudinis praesentia , gonorrhœa sit , verendum non est ex axillari utriusque brachij , sanguinem mittere. Hæc tamen doctrina similis valde est opinioni *suprà adductæ* Alexandri Massariæ : attamen licet à tanto viro , & à me venerando sit adducta , non tamen amplectenda : ratio *superius* est relata contra Massariam , quapropter in hac re immorandum magis non est , ut potè quia in communi praxi nostris temporibus usitata tanquam temeraria censetur.



C A P V T VI.

An liceat utero gerentibus venam secare in talo.

R I M E N execrabilis valde erat olim , utero gerentibus venam secare in talo ; etenim revera aborsivum auxilium putabatur , detestabile quidem delictum , & punitione dignum contra religionis christianæ sanctiones , si nostra Apollinea Facultati fidem præstems , in illo publico & aphoristica edicto satis trito , & vulgari s. aphor. 31. *Mulier utero gerens sanguine misso abortit.* Quod præcipue vulnato talo in ipsis locum habet , quippe sanguinem ad uterum convocat , menses movere , Galeno aurore , & sic foetus evidentius periclitatur. Nostro tamen seculo Raphaël Mexius primò novam in hac re suscitavit opinionem , quem sequitur Zaceut. Lusit. lib. 2. prax. admir. obs. 160. necon & lib. 1. de MM. PP. hisp. 32. interim tamen quid de ipso , & sua opinione Joan. Riol. jun. scribit lib. de sanguin. circular. fol. 93. dicere non pigebit. Zaceut , inquit , *Iudeus Christianorum hostis conjuratus more istius nationis* , ut procuret *infanticidium* instar Herodis , *istam questionem movit* , atque *obstinatè tuetur levibus ratiunculis*. Sed de illis , & hac opinione opere pretium judicavi scrutinium rigorosum , & purissimum examen ad unguem facere , omni passione destitutus , ut in re tanti momenti quid verius , & securius sit

apparet , quare animus meus est in Palestram hanc litterariam descendere , ut quemadmodum ex motu silicis , & ferti attritu , seu collisione , lumen exurgit , sic ex Autorum litigio allatis omnium concertationibus , & rationibus pro utraque parte mature pennisatis , ex profundis tenebris sepulta eruat veritas.

Audiamus Zaceutum lib. 2. prax. admir. obs. 160. ubi in utero gerentibus sanguinis missionem ex tali suadere intendit , tanquam securissimum , & tutissimum auxilium , potius præcautorium abortus quam abortivum , quoties plenitudo particularis in utero adest in gravidis. In cuius rei testimonium proponit binas foeminas , quæ dum utero geregant , menstruales purgationes habebant , & infantes sanos , & perfectos in lucem dederunt , & rursus foeminae ipsæ in aliis gestationibus , menstruis non supervenientibus , foetus perficere non potuerunt ; & abortus subsecutus fuit , in cuius eventus infelicitate illicet consuluerunt Medicos , ut deinceps à tanto agone liberarentur , & maturè discurrentes circa causam abortus , defectum menstruorum certò indicantes causam , sanguine misso ex tubito supplere naturæ defectum tentaverunt , ut foetum in columera servarent. Verum frustra id factum esse demonstravit abortus , qui ut ante secutus fuit quinto , & sexto mense , hinc jam foeminae eventus infelicitatem plorantes , Zaceutum vocant , & ipse omnia prædicta accuratè perpendens à secundo mense gestationis usque ad quintum , in quo abortierunt , quolibet mense secando venam in cruribus , particularem uteri plenitudinem depositus , à qua , ut ipse opinabatur , foetus suffocabatur , & iis factis venæ sectionibus . In aliis tribus gestationibus foetus perfectum , maturum , & omnino in lumen perperunt non sine magna Medicorum admiratione , qui venam cubiti secarunt. Zaceut igitur iudicavit non dubie præcavendum fore aborsum , sanguinem fundendo , ut potè quia menstruis emanantibus , perfectos foetus excludebant , contrarium autem accidebat ipsis suppressis : at vero deposita plenitudine per venas superiores abortiebant , quapropter ipse audacter talum vulneravit , ideoque ipsas præservavit , abortus infelicitatem præcavendo , deposita particuli plenitudine uteri. Verba sunt ipsius Autoris , *Vel copia sanguinis ad uterum fluentis ad originem fluxionis vacuati , nono mense ter pepererunt.*

In qua doctrina illud specialiter notandum contra Zaceutum , plenitudinem illam particularem uteri , testificare uterum esse originem fluxionis , quod propterea alienum à ratione judico , nam in casu adducto uterus premebatur , aut congestione plurima sanguinis , aut ipsum aliunde recipiebat : si prium minimè mittebat , nec poterat esse origo fluxionis , sed potius sanguinem in se ipsum cumulando suffocabat foetus : Insuper si uterus mitteret , pateretur sine dubio membrum , in quod sanguinis copiam pellebat , & hac ratione , & uterus , & foetus liberarentur , deposito sanguine suffocante , & gravante in aliam partem , quin esset opus educendi cruentem per venas tali. Si Respondeas pro Zaceutto , quod uterus recipiebat ex toto , turpiter venam in talo secuit , quippe hac ratione plenitudinem ad uterum cōvocabat , & minimè revellebat aut evacuabat ab origine fluxionis , sed potius inanibat prius uterum , tanquam partem recipientem , quod valde absurdum est in principiis fluxionis ad uterum ,

uterum, in quibus potius sanguis est mittendus ex superioribus partibus juxta communem Medicorum consensum, quare taxandus est Zacutus, & censendum est, suam observationem vim habere, quando in solo utero erat plenitudo suffocans congesta in ipso nimia sanguinis copia, quin reciperet ab alio membro mandante, neque à toto corpore fluxionem aliquam, in quo eventu verè conjecturavit fusionem sanguinis ex partibus superioribus inutilem valde esse ad præcavendum aborsum; quippè nihil ex utero evacuare poterat ob nimiam distantiam, & sic suffocationem imminentem impedire non poterat; proptereaque fuso sanguine ex cruribus plenitudinem depositum particularē, quā uterus premebatur, & aborsum audaciter hoc peculiari auxilo vitavit.

Militat tamen contra fundamentum Zacuti, ex observatione adducta machinatum, non levis calumnia: nam in binis foeminiis adductis, in quibus per totum tempus gestationis menstruus sanguis redditabat, credendum rationabiliter est, uterum non trahere sanguinem, sed quod totum corpus sanguine gravatum per uterum se exonerabat, & pellebat ad ipsum majorem sanguinis quantitatem, quam fetus consumere poterat in sui alimoniam, quippè quolibet mense cruenta erat fluxio, velut si utero non gestarent, signum profecto testificans totum corpus mittere in uterum sanguinem redundantem, sicut ante gravitationem, quod nisi in fortissimis, & validissimis foeminiis fieri poterat citra foetus perditionem, si vetustissimo nostro Seni credere debeamus *scilicet 5. aphor. 6.* per illa verba. *Si mulieri utero gerenti purgationes procedant, impossibile est foetum esse sanum: & Gal. in cit. loc. exposit.* idem confirmat, & rationem adducit citati eventus, per sequentia verba. *Siquidem fortis fetus ad sui alimentum abutitur illo sanguine, qui ex toto corpore ad uterum fertur.* Ex his constat clare in relatis foeminiis & totum corpus mittere in uterum sanguinem exuperantem, & insuper robustissimas, sanguineas valde esse, necnon fetus esse fortissimos, qui ad sui alimoniam, & robur conservandum, plurimam & sufficientem sanguinis quantitatem consumabant, servata valetudine, & insuper sanguinem abundare, ut ipsum natura singulis mensibus pelleret per uterum citra foetus languorem.

Ratione nuper adducta contra Zacutum asserere audeo, quod in citata observatione rationabilius esset primis mensibus gestationis cruentum educere ex superioribus vasis, ut plenitudinem totius deponeremus versus originem fluxionis revulsionem faciendo, & postea in ultimis mensibus gestationis, circa quintum scilicet, & sextum (conjectura facta rationali de plenitudine particulari uteri propterea cessante jam fluxione ad uterum ex partibus superioribus) venas tali vulnerare in utero gerentibus erit consentaneum rationis, & Medicis præceptis pro derivatione à vasis uteri, in quibus nimia quantitas sanguinis erat coacervata, foetum suffocatura, nisi Medicus Rationalis suā providentiā eam deponat per venas maleoli: unde deducitur, Medicos illos, qui in relatis foeminiis sanguinem ex partibus superioribus haurierunt, forsitan diminutè processisse in depositione sanguinis, & sic abortierunt, quia adhuc instabat plenitudo, qua si ulterius repetitis vicibus singulis mensibus deponeretur, forsitan vita retur abortus, & securius quā singulis mensibus fuso sanguine ex talo, præcipue si plenitudinis

particularis uteri non fuit suspicio; aliter enim depositā primò plenitudine totius per venas superiores, tandem ad secandas venas inferiores devenerit necesse, ut nuper dicebamus.

Porrò si judicaverit Medicus Magisteriosus nullam in toto adesse plenitudinem in utero gerentibus, & solū in vasis circum circa uterū stabulare copiam sanguinis impuri, ex qua foetus suffocatio possit timeri, credam, & acquiescam doctrinā à Zacuto adductā, licet casus sit metaphysicus, qui requirit Medicum doctum rationalem, & Christianum satis in Arte Medica exercitatum, ut prudens de hac re judicium ferat, atque citra calumniam, & dedecū in gravidis sanguinem fundat ex talo. Nec silebo circa hanc rem observationem propriam in nostro Oppido Matri, in quo dum cum Socio nostro inviserem Dominam Augustinam de Valdivieso utero gerentem circa sextum mensē, ætate florentem duplice tertianā continuā subintrante laborantem, in qua rite facta venae sectione ex brachiis, & quarta vice repetitā, non cessante morbo, nec remittente, sed potius invalescente conjecturavimus, focum, & minetam putredinis esse in vasis circundantibus uterum, ibique adesse plenitudinem specialem, & decrevimus venam secare in talo, quā repetitā, melius se habuit, & tandem libera à morbo citra aborsū periculum. Hæc adduco in confirmationem doctrinæ relatae. Est etiam rationabile in utero gerentibus, pestilenti febre oppressis, quarum inguina, genua, aut tibias, bubones pestiferi obsederunt, venam secare in cruribus. Hujus rei observationem adducit Zacutus lib. 1. hist. obser. 29. ubi fideliter narrat, quod in peste, quæ anno 1600. Europam, & Hispaniam præcipue, oppressit, secando venas tali in utero gerentibus, in quibus bubones in inferioribus partibus apparuerunt, utilitatem manifestam senserunt, fuerintque à tam exitioso, desperato, & sevissimo malo liberaæ. Et quideni esset summè periculosum in dictis foeminiis cruentum ex brachiis fundere, quoniam venenum, quod viscera interna in inferiores, & ignobiles partes, ut vivens servaretur, pellebant, convocaberunt ad partes superiores, quo etiam motus incēptus à natura impediretur, & viscera labefactarentur ab hostis virulentia. Quare jure optimo censendum est, foeminas periclitari, & Medicum saltim occisoris calumniam effugere non posse: In talo autem celebrato auxilio natura deonatur, & avidius deponit beneficium materiam in partes ignobiles, & adenosas, sic bubones, & abcessus incrementum suscipiunt, quod à Medicis desideratur, collocantibus totam vitæ spem in ipsorum accrescentia, & omni genere auxiliantibus, attractoriis, rubrificantibus, & vesicatoriis medicamentis cum alexipharmacis mixtis, ut validius venenum circa illam partem avocetur, ipsam reddendo debiliorē, ut promptius recipiat, quod viscera pellere incepert: merito igitur in adducto casu temeraria censi debet sectio venae in brachiis, quæ impedit sine dubio inceptum naturæ motum in salutis beneficium matris simul, & prolis; contrarium autem si exequatur foetum simul cum matre interficeret, neq; Christianus Medicus potest imperare remedium aborsivum directe, & si aborsus censematur infallibile, & certum remedium pro salute matris, quia erit occisor directus prolis, ut mater salvetur; unde eadem ratione ut non succedit aborsus, minimè est occidenda mater, si auxi-

lia majora omittatur propter metum aborsus, sine quibus lethales, & acuti morbi superari non possunt, etenim occisa matre, foetus etiam evanescit, atque adeo consulo nullum auxilium omittendum esse in utero gerentibus, quando in ipsis salutis spes collocatur, etiam si ad abortum conducant, nam omnino per accidens est, & praeter Medicis intentum aborsus, quando auxilia imperantur directe à morbo indicata, & ob salutem matris, sine quibus prudenter judicatur morbum acutum, & perniciosum matris superari non posse.

Inviolabile tamen censeri non debet editum illud, quod communiter promulgatur de sanguinis missione in gravidis, esse scilicet abortivam, & præcipue eam, que in talo exercetur: nam præterquam quod Hippocrates partem vulnerandam non determinavit in sua aphoristica sententia, doctrinalis tantum, & minimè perpetua censeri debet. Audiamus, precor, ipsum in historia Lyciae utero gerentis 2. epid. sect. 2. text. 23. & expendamus ejus mentem, si forsitan ignea vis in corporibus flagrat, ut veritas integra, nondum à peritissimis junioribus ad assūsum explorata, in re tam serua patesiat. *Sanata est verarii potione Lycia* (inquit Oraculum in medio historiæ) postremo *splen magnus, & dolores, & febris, & ad humerum dolores, & vena qua in splene est in cubito secabatur, &c.* Pro cujus historiæ endotatione illud advertas, obsecro, Lyciam à veratri purgatione verè sanam non fuisse, sed aliquantulum levatam: imò potius in utero gerentibus expurgationem esse causam inflammationis hypochondriorum, præcipue in corpore pravis succis pleno, ut in gravidis frequenter accidit propter recollectionem excrementorum, & impuri sanguinis, qui tempore gestationis coacer-vatur, & detinetur: in præsenti ergo forsitan lienis inflammatio fuit excitata in Lycia, ob quam Hippocrates venæ sectionem tanquam præsentaneum auxilium consulit exercendam: non igitur juniores editio allato ex 5. aphor. perterriti indelebile omnino præceptum sancire debent, affirmando Divinum Hippocratem primum Medicinæ Magistrum in gravidis nunquam venæ sectionem exercuisse, cujos contrarium clamat historia adducta. Fateor equidem rem esse arduam verutis novitatem dare, novis auctoritatibus, obsoletis nitorem, obscuris lucem, sicut & dubiis fidem; attamen si novitatis clarissimum fundamentum invenimus apud Hippocr. non miremini, si præconibus hujus particularis conclusionis Hippocratis mentem publicemus.

Sed forsitan scrupulus restat contra nostri Oraeuli doctrinam propositam, siquidem Lycia ante partum mortua est, ut ex ultimis verbis historiæ constat, ex quo calumniatores inferre posse jactitant, Lyciam periisse ex vi sectionis venæ: firmiter ergo jurat in edito Hippocr. non igitur erit juxta ipsius mentem exercenda venæ sectio in gravidis.

Certè omnia dicta non evertunt propositam opinionem; nec verum erit asserere, Hippocratem per eventus infelicitatem palinodiam posse recantare; quandoquidem Lycia facta venæ sectione non abortivit, sed ante partum fuit mortua, & hoc quidem non ex vi sectionis venæ; etenim factis auxiliis necessariis, ægri sanguinum occumbunt, neque enim Medicus omnes, quos præ manibus habet, sanos potest facere: ita Hippocr. 1. prognost. text. 3. dictabat; sufficit enim id, quod ratio, & experientia suadent, exercere Gal. auctore 6. epid. sect. 8. com. ult. consequenter etiam

refert 3. epid. sect. 2. com. 8. suo tempore Medicos consueuisse secare venas in gravidis, & non omnes abortum facere, quamvis constet sanguinem abortite non ex vi remedij, sed potius ex vi morbi, & ex sanguine caloris febrilis; ita Gal. 5. aphor. com. 30. Judicandum ergo rationabiliter est, Lyciam mortuam fuisse à sanguine morbi, & minimè à venæ sectione tempestivè, & opportunitate imperata ab Hippocrate. In cuius favorem appetimè loquitur Cotnel. Cels. nulli secundus lib. 2. cap. 10. cuius sunt verba sequentia. *Nam licet in gravidis videretur periculosum non tantum ad fetus, quam ad partum sustinendum, sanguinem emittere, tamen cum nostra Ars conceptionem solam non videat; sed vires astinet, non dubitandum, in gravidis constantibus viribus sanguinem exhaustire, quoniam usus offendit non esse perpetuum, gravidam phlebotomiā curatam abortum esse facturam.* Hinc patet tempore Celsi Medicos fecundissimè doctrinâ Hippocratis instructos, meritò consueuisse in utero habentibus hoc generosum auxilium exercere circa metum aborsus, quotiescumque necessitas id exposcit, ut in adductis casibus, & in aliis pluribus, quorum innumeræ sunt observationes apud Zaceutum, & plures Classicos Auctores, atque dictorum casuum etiam nostris temporibus plures possemus narrare; ab ipsis tamen supersedemus libenter, ne forsitan fastidiosi videamur, & nostrum sermonem prolongemus.

Sed ultra pergamus: Idem Hippocr. lib. 1. de mor. mul. num. 100. sanguinem in gravidis ex crudibus imperat emittendum ad accelerandum partum: certè ita esse demonstrant sequentia ejus verba. *Si vero pregnans, multo tempore cohabeatur, & parere non possit, sed disibus pluribus ex partu doloribus labore: sit autem in venis in vigore, & multo sanguine referata: secare oportet venas in malleolis, & sanguinem detrahere, virium respectu habito.* Nihil clarissimum, neque ad facilitandum partum celebrius auxilium excogitari potuit. Ita affirmat Mercat. lib. 4. de nutric. & puerper. affect. c. 3. ubi hanc sententiam miris celebrat encomiis, ut discas ex hac doctrina venæ sectionem in gravidis celebratam ex talo, interdum non solum non abortivam, sed ad facilitandum partum summopere proficiam. Accedit etiam in controversia esse positum, si certius sequatur aborsus vulnerando talum in gravidis, quam brachiorum venam, etenim contrarium Cardanus docuit, rationem reddit, quoniam sectio in brachiis retrahit sanguinis plus ab utero, & foetu, quam si in crudibus celebretur, haec autem vulneratio, et si ab utero evacuet, convocat etiam sanguinem versus uterum, secus autem brachiorum sectio: unde inferatur juxta hunc Autorum per venam tali minimè subtrahi alimentum foeti, & hac ratione non esse ita abortivam, sicut fusio sanguinis ex brachio. Ratio quidem subtilis satis, licet scrutinio egat, nec à magna impugnatione sit libera: quandoquidem ratione convocationis ad uterum potest foetus suffocare venæ sectio ex talo: sufficiat tamen hujus Autoris opinionem adducere, ut non admodum terreat venæ sectio in gravidis ex talo, præcipue in casibus prolatis peculiaribus, & infra dicendis, et si absolute haec doctrina reproba valde sit, ut *infra* in nostra conclusione pleniùs constabit.

In bubone etiam Gallico inguinum venam tali secat Zaceutus in gravidis, & nos simili ratione esse operandum censemus si gonorrhœa Gallica optimantur, dummodò urgeat necessitas mitten-

di sanguinem, in morbis scilicet auctis gravidatur, ex quibus periculum mortis impendet; etenim si in ipsis appareat, interdum bubo Gallicus, aut gonorrhœa, sine febre, aut altero morbo gravi, semper omittam venæ sectionem, & auxilium aliud magnum, & post partum adhibebo medellam, quæ citra dubium tutior, & securior erit. Ratio hujus assertionis est eadem cum ea quam de bubone pestilenti docuimus: nam causa bubonis est maligna à tota substantia, ut inconcussum est apud omnes Medicos; unde si in his affectionibus superiores venæ secarentur, incepitus naturæ motus materiae malignæ ad partes inferiores prorsus impediretur, & levissima accidentia sequentur; convocatis pravis succis, & malignis ad viscera, & forsitan sequetur mors, nisi provida, & robusta, natura ad partes extimas, & inferiores protrudat malignam causam morbi: tuberculos excitando, & maculas varias in cute, quod tanquam miraculum naturæ reputandum erit, per cuius specialem providentiam interdum ægotantes à tam feroci hostilitate liberantur.

Solent etiam excitari epilepsia, aut apoplexia, aut uteri suffocatio ab utero, tanquam à parte mittente, in quo casu jure optimo censetur uterus autor prædictorum malorum, & in hoc evenio Zaceutus in gravidis consulit, fundendum esse sanguinem ex cruribus, lib. 3. prax. hist. q. 22. in expos. hist. 13. refert etiam hoc ipsum lib. 1. hist. obser. 29. & aliis pluribus, in quibus planè fatetur in acutis dictis gravidarū morbis celebre hoc auxilium audaciter tentatum esse, & sciliciter absq; aborsus periculo. Cur ergo si hæc vera sunt, & ex veterum monumentis exhausta, in morbis acutis ab utero pendentibus, tanquam à minera mali, & parte mandante, venam in talo vulnerare recusamus; præterea sanctum est tanquam dogma in Hippocratis doctrina inviolabile, evacuandam esse, & retrahendam morbificam causam versus originem fluxionis; cùm ergo hujusmodi suprà positi affectus sè penumbrè dependant ab utero, à quo tanquam ab origine, & fecundissimo ipsorum malorum fonte constituantur: jure optimo Medicus, ut illis methodicè occurrat, vulnerare talum, aut hæmorrhoidales venas aperire, si occulsa forsitan sint, ut indè intrepidum naturæ motum cohibeamus ad partes superioribus, & ipsius ferocem velocitatem dememus. Ceterum si non solùm uterus causet epilepsiam, aut apoplexiā; sed etiam concurrat plenitudo totius, ea priùs erit deponenda per venas superiores, & deinde à inferiores debeimus accedere, ut coérceamus fluxionem versus suam originem; cùm autem apoplexia à vaporibus pendens sit valde familiaris, quando uterus est male affectus, ut etiam familiarior epilepsia ab aura dependens, tunc quidem perniciofa censetur venæ sectio ex partibus superioribus, & securior quæ ex inferioribus celebratur. Ratio est, quia scissâ brachiorum venâ, pars mittens non inanitur, & insuper prava illa inclinatio, absurdisque motus mittendi ad supera foveatur, inaniendo superiora membra, undè frequentiores, & praviores valde accessiones excitabuntur, existialioresque adducti morbi reddentur.

Conjecturam tamen rationalem tenetur accurate Medicus facere, ut agnoscat, apoplexiā à flatibus pendere, & non ab humorum corporatura: hoc autem percallere debet, ex eo quod foemina uterinis passionibus molestari solet, id est si hysteris accidentibus frequenter corripiatur,

utero, & ventre inferiori flatibus abundantibus: quibus signis perpenitus, si mulier apoplexiā labore, conjecturandum est à flatibus fieri, & uterum esse partem mandantem, præcipue si facies, & oculi non turgeant, nec vivido colore ornentur, in quo eventu venter inferior tensionem habet magnam si tactu exploretur, ad cuius exactiore cognitionem murmur ventris conduceat, & flatu per sedem inferiorem propulsio frequens; nequæ negare audeam flatuosa substantiam cerebrum irruentem interdum secum ducere sanguinis aliquam portionem, & sic mixtam esse passionem ex humore & flatu, perturbatâ massâ sanguinariâ à flatuosa substantia ipsam commovente. Et hac ratione intelligere debemus testimonium Hippocr. 2. epid. sect. 5. sext. 11. nempe, *Anemien venæ sectio*. Nam etsi *Anemien* flatum significet, & sic venæ sectionem interdicat, attamen quatenus habet conjunctionem sanguinis perturbationem, quam flatus causat, humores præcipitat, & periculosos debubitus causat, qui fuso sanguine conquiescunt, fervore quiescente: sic etiam vasorum interceptiones securè medemur venæ sectâ juxta Hippocrat. 4. de vîct. rat. sanctiones.

Restat tamen investigare, quod etsi interdum apoplexia fiat per consensum uteri, cui opitulari diximus venæ sectionem ex talo cum Zacuto, ut pars mittens inanitur, & ut cohibeatur motus ad superiora, attamen si facta, & iterata sanguinis missione ex talo, incrementum suscipiat apoplexia, ita ut urgeat quod in capite continetur, non semper sistendum in illa inanitione, sanguinem fundendo ex venis inferioribus, sed potius ad venas brachiorum supernas recurrere erit opportunitum, quippe in malo ita atroci urget valde causa conjuncta, qua cerebrum occupat ob suffocationis periculum; præcipue cùm per primas evacuationes ex cruribus factas, pars mittens, uterus scilicet, præsupponatur deonera, & insuper possit impediri vaporum convocatio ad superiora per cucurbitulas femoribus appositas, ut simul uterus avidius non mittat, & per venæ sectionem ex brachiis, quæ urget, suffocatio vitetur, etenim si semper sistamus in evacuatione per crura, omnino contemnimus, quod impactum est in ventriculis cerebri, & vasis vicinis, ex quo brevissima mors accidere solet. Quæ doctrina superius à nobis diffusa sat adducta est, quod ex difficulti respiratione, quæ in apoplexia forti valde urget rimari debet, & ex eo, quod non cedat per venæ sectionem in talo.

Itaque ut uno verbo difficultatem absolvam, si quod uterus transmittit in cerebrum urgeat magis, ex talo vacuabitur: si autem prævaleat, quod continentur in cerebro, ex cephalica sanguinem fundemus, & si forsitan ex hac evacuatione melius respiret vivens, & accidentia apopleptica minuantur, iterum ferire tali venam non erit abs re, cùm semper supponatur uterus vitiatus, tanquam pars transmittens ad supera. Interim tamen adverte in favorem venæ sectionis ex venis superioribus, quando urget magis, quod caput occupat in apoplexia ut per difficultatem respirandi evidenter agnoscat, quod cum factura sit quædam evacuationis species, ut Galenus dictavit lib. de ven. sect. adv. Eraf. cap. 5. Interim, inquam, dum exercetur venæ sectio ex vasis superioribus succurrit, quod foetus consumit in sui alimoniam, quodammodo pro evacuatione circa uterum, tanquam per membrum mandans molienda, & ob id in gravidis ve-

nae sectio, & quantitas sanguinis, quae funditur debet aliquantulum moderari. Et quoniam ob compressionem quam causat gravidatio in septo transverso, faciliter incident in inspirandi difficultatem, tota respirationis laesio in apoplexia ipsatum non debet refundi in fortitudinem apoplexia, unde interdum deenerata regione uteri per sectionem tali, melius se habent gravidæ, etiam si nihil per superiores venas sit evacuatum.

Nec longè distare videtur ab hac opinione Hippocrates in urgente necessitate, quando scilicet grida periculo corripitur morbo; & factò à simili arguento, suadere possumus in favorem Zacuti, si edictum illud satis publicum ab Hippocrate ipso prolatum 4.lib.aphor.1.perpendamus, ubi nos monet utero gerentes esse medicandas, seu purgandas si materia turget à quarto mense usque ad septimum. Quā præhabitā doctrinā sic formo argumentum à simili: non minus periculosa, & aborsiva censetur in gravidis expurgatio, quā sanguinis missio ex talo; sed in morbo acuto gravidarum, in quo materia morbifica turget, pleno ore Præceptor noster monet, & consulit expurgationem: ergo nec tetrere nos debet, quod ipse interdum in gravi, & acuto morbo utero gerentium, qualis censetur quilibet ex narratis à Zacuto circumstantiis ab ipso adductis mature perpensis, quod possimus venam secare in talo, quin præcepta hujus Medici volemus. Major, in qua totius nostri discursus robur consistit suadetur efficaciter, si consultemus peritores in Arte de periculo aborsū in gravidis, si purgans medicamentum assumperint. Accedit primo loco Vallesius noster acutissimus, & fidelissimus Hippocrates Interpres in expositione citatæ aphoristicae sententia. In utero gerentibus (inquit Hispanus Galenus solutā eruditione) non solum expurgatio; sed etiam quodvis aliud auxilium, quod magnum sit, tentatur cum periculo aborsū, nam omne auxilium magnum debilitat facultatem; expurgatio tamen peculiari quadam ratione nocet; nam debilitas foetus, qui debilitatus sit, ut pondus alienum, atque pondere rumpit acetubula. Accedit irritatio uteri, & ipsius foetus, quam dupli ratione facit medicamentum, primum qualitate deleteria, deinde extractione succorum, irritatur enim vis uteri expultrix, & aliorum omnium membrorum, cum sit eorum quæ retinentur vehemens agitatio: facit etiam medicamentum expurgans aborsum, ut Averroës dicit, provocans menstrua: est enim omne expurgans diureticum, atqui quod diureticum est menstrua ciet; omnia verò moventia menstrua aborsū faciunt, itaque multis, magnisque causis pericolosum est expurgare gerentes utero quovis gestationis tempore. Ubi adverte quovis tempore pericolosum esse expurgationem in gravidis Vallesium censere, ut discas adhuc à quarto usq; ad septimum esse pericolosum expurgare in gravidis; in aliis autem temporibus magis pericolosum. Sic Hippocr.5.epid.n.18. adducit historiam uxoris Antimachi, quæ cùm esset pregnans secundi mensis exhibito catapotio ex elaterio mortua. In cuius textus expositione Vallesius hæc subdidit. Mirum sane est, hanc non abortisse dato pharmaco vehementi, cum neque expurgans quidem ullum, nisi in maximo discrimine dari debeat secundo pregnationis mense; sed id fortasse factum est, quia prævenit mori, alioquin non potuisse non corrumpere foetum. Hinc disces expurgationem esse auxilium non solum periculo plenum in gravidis,

sed aborsivum: si ergo ipsum non recusat Hippocrates in illis, urgente necessitate, neque venæ sectionem ex talo reformidabit, etiam si morbo acuto corripiantur in casibus adductis, quippe expurgatio, non minus quā venæ sectio ex talo moveat humores ad uterum, provocat urinam, & menstrua, & acetabulis disruptis aborsum concitat. Vide etiam circa hanc rem Petrum Salium doctissimum lib.de affectib.particul.cap.22. qui inter omnes rectius de morbis acutis mulierum utero gerentium differuit, & nullo modo, nisi humore turgente, pharmaca et si benigna admittit; nam hæc quamvis preventur malignitate, agitant tamen humores, & eos convocant ad partes utero vicinas, sive naturam dorsum precipitant, quare cogente necessitate, facta prius periculi prædictione sunt offerenda, non solum in mediis, sed in aliis mensibus, sic Avicenna testificat fol.21. lib.3. tract.2. cap.10. Constat ergo tantorum virorum decreto adhuc in mediis mensibus assignatis ab Hippocrate, & adhuc turgente materia, expurgationem in gravidis esse valde periculosam, & aborsivam; & nihilominus eam esse exercendam dictavit Oraculum nostrum, urgente necessitate; ergo sic etiam poterit exerceri venæ sectio ex talo in morbo acuto gravidarum quolibet ex supra assignatis, sic enim matri, & foeti providebimus, quoniam satius est hoc auxilium exercere, aut expurgationem, quā morbo non victo, ac superato matrem & foetum ex vi morbi perire, ut recte notavit Mercurialis lib.2.de morb. mul.cap.1. Nec viros famigeratissimos terreat, me amplecti hanc opinionem cum limitationibus adductis, cùm nihil in ea sit adversus Principes, & Veteranos duces, quos summoperè veneror.

Peculiaris tamen se offert dubitatio de uteri inflammatione in gravidis, ex qua scilicet parte sit vena secunda. In qua hæstitione Zacutus acerrimè defendit, semper venas superiores esse ferendas lib.3.de M.M. PP. hist. quæst.22. in responsione ad argumenta Fortunati Plempij fol.miki 493. ubi intendens satisfacere argumento de uteri inflammatione, quod proponit doctissimus ille vir, ait esse extra institutum proprium, etenim uteri inflammatio ab utero non emanat, sed potius ex sanguine à toto corpore in uterum confluente, quare si accidat utero gerenti talis inflammatio, basilica vena tundenda est, quippe semper febris ardentissima comitatur uteri inflammationem ex humorē fervido in vasis ebulliente, cui sectio venæ in cubito mirificè opitulatur, quod et si Gal.lib. de ven. sect. cap.18. & 13. meth. cap.11. doceat utero affecto venam in cruribus esse secandam, id præcipit prout major, vel minor est in toto corpore vel utero plenitudo. Hæc Zacutus pro satisfactione argumenti à simili facti à Fortunato Plempio de inflammatione uteri.

Hæc evasio à Zacuto adducta non cohæret Galeni doctrinæ: nam cap.18. nuper citato sequentia verba refert. Porro uteri inflammations, magis etiam quā renū à venis in crure sectis juvantisur. Idem testatur 13. meth.c.11. cit. perpendite verba. Renibus verò, & vesicā, & pudendo, & utero sic habentibus, quæ in cruribus sunt sita, ac præcipue quæ circa poplitem sunt, sī minus eas, quæ juxta mallos. Planè ergo fatetur Galenus in uteri inflammatione, venam in poplite esse secandam. Doctrina tamen Zacuti fundamentum habet in Gal.lib.13. meth. cap.6. sic fante. Neque si midieri in utero, vel pudendo infudit, menses hinc provocabis, sed ad par-

tes qua maximè longinqua sunt semper revulsionem facies, estimata scilicet tum phlegmonis magnitudine, tum corporis totius statu. Quæ doctrina verissima est, & à nobis amplectitur, licet pro Zacuto stare videatur, tamen ipse citato loco contradicit Galenum forsitan ductus verbis quæ adducit libr. de humor. com. 13. ea perpendite. Itaque si dextera uteri pars male affecta sit, ex altero brachio, dextro-que crure mittendus sanguis. Ex quibus disces clare ex utraque parte venam secare Galenum utero inflammatum, aut male affecto. Sed quâ ratione possint in optimâ Medicina prædicta testimonia conciliari, audias; nam cùm medela inflammatio-nis prior sit revulsio, quam derivatio, aut evacuatio, debemus providere causæ fluxionis, & minime parti recipienti, unde initio fluxionis vena secunda est in brachio, ut fluxionem initiantem per revulsionem cohibeamus; quando verò indicatio prævalet causæ conjunctæ, & imbibit in utero, tunc quidem vulnerare talum est necessarium pro indicatione derivandi & evacuandi ab utero, tanquam à parte recipiente. Hanc solutionem approbat Zactus pro conciliatione doctrinæ Galeni, quâ admisssâ, planè contra ipsam infertur in uteri in inflammatione non semper esse secundam venam in cubito, imò esse feriendam in poplite deducitur manifestè ex sua conclusione; nam in plenitudine particulari uteri, nullâ urgente indicatione revellendi in gravidis, secat venam in talo citra periculum aborsus, imo ad fecilem partum, quia tuic solum instat indicatio derivandi, & evacuandi ab utero: ergo in uteri inflammatione, sedata majori ex parte fluxione à vasis majoribus per revulsionem factam ex venis superioribus ad sectionem tali jure optimo devenire debemus, ut instantem indicationem, & urgenter derivandi, & evacuandi ab utero compleamus: non ergo semper in uteri in inflammatione venam in partibus superioribus secare debemus. Si autem respondeas in plenitudine particulari uteri nullam adesse fluxionem ex partibus superioribus ad uterum, ideoque feriendam solum venam tali. Eadem ratione fateri debes, quod saltim in uteri inflammatione sedata prorsus fluxione à partibus superioribus ad uterum venam esse feriendam in cruribus, & uterum à sarcina quâ premitur inaniamus, & indicationi derivandi, & evacuandi eo tempore solum urgenti succurramus.

Falsum etiam assertit Zactus dum tenet, inflammationem uteri, ab ipso non dimanare, sed potius ex sanguine à toto corpore in uterum confluentem: nam licet sàpè, & frequenter ita accidat, tamen poterit contingere, quod sanguis in ipsis uteri vasibus abundans possit inflammare uterum, cùm vasa ipsius, quæ valde magna censemunt à Galeno, possint se exonerare in venas minores, & ad poros carnis transmitti, in quo eventu non dubiè erit uteri inflammatio, & in perniciem ægrotantis, aut saltim inutiliter secabuntur venæ in brachis, quæ nihil de uteri plenitudine adimere possunt; & contra verò venæ sectâ in talo uterus inanitur, & materia in ipso imbibita derivatur, & evacuatur: & idem argumentum conficitur, si uteri inflammatio fiat per congestionem, etenim tunc inutiliter prorsus venam superiorem aperiemus, cùm nihil de materia conjuncta evacuet, neque derivet, ac per consequens uteri vitium indeleibile omnino erit nisi feriamus talum. Sed demus gratis Zactus, uteri inflam-

mationem semper causari à sanguine à toto corpore in uterum fluente, tunc sic premo ejus doctrinam: nam eo in casu sanguis qui continetur in utero, & rationem habet causæ conjunctæ indicat derivari, & evacuari, saltim præsupposita revulsione, quæ ex vasis superioribus fieri debet: ergo quando solum urget indicatio derivandi, & evacuandi ab utero, debet citra dubium celebrari venæ sectione in cruribus, tanquam à partibus viciniioribus, quæ communionem habent cum utero: non ergo semper in uteri inflammatione vena in cubito secunda est; sed solum quando urget revellendi indicatio, præcipue cùm inflammatio uteri adeò potest ingravescere, ut si non fiat derivatio per venas inferiores, & evacuatio ab ipso utero, manifestè periclitaretur gravida, suffocata ab ipsa plenitudine: debet igitur cordatus Minister si divini Numinis cultor est, inanire uteri vasa per vacuationem factam in cruribus, ut sic non pereat fœtus cum matre.

Addimus etiam, quod in foemina utero gerente, & ejus inflammatione laborante, tenetur Medicus secare venas inferiores, postquam secaverit superiores revulsione gratiâ, ut ab origine fluxionis deponat sanguinem fluentem, & paratum fluere, similiter, & posteriori jure id exercere debet in utero gerente, & præcipue quando uterus erysipelate vexatur, quod eadem indicatione debet succurri, quâ uteri inflammatio. Perpendite precor sumnum Dictatorem, lib. 5. aphorism. 43. sic dictantem. *Si in utero gravida mulieris sit erysipelas, lethale.* In cuius textu expositione Galenus sic loquitur; *Quod enim existente in utero erysipelate fetus moriatur ex necessitate manifestum est, siquidem & febris acuta aliquando sine inflammatione ipsum interficiunt, an verò utero inflammationem patiente possit aliquando fetus vivere dignum inquisitione est.* Liceat ergo (perpensis adductis verbis) inferre, prorsus prolem conservatione æquè, imò & magis indicare venæ sectionem ex talo, quando instat, & urget indicatio derivandi, & evacuandi, quam ipsa matris tutela non gravida, & uteri erysipelate, aut inflammatione correpta. Est enim ponderatione dignum, quod Galenus de sola fœtū predictione loquatur, quando dicit, quod uteri erysipelas necessariò prolem occidit, nullam de matre facta mentione. Ex quo meritò inferre possumus, pro salvanda prole magis urgere venæ sectionem ex talo, quam pro salvanda matre in uteri inflammatione, adeò ut dubitet Galenus, si cum uteri inflammatione sit possibile, quod fœtus servetur: Neque hanc doctrinam ignorasse Zactus credendum fideliter censeo, cùm ipse in prælagio capite citato de uteri inflammatione sequentia verba proferat. *Nam ex his febres valida, & perurentes, delirium, convulsio; eas tandem ad interitum deduxit, maximè si eryspelatosa affectio sit, & foemina gravis.* Si ergo hæc dicit Zactus, inconstans valde est, quando absolutè negat venæ sectionem ex partibus inferioribus, saltim quando urget indicatio derivandi in gravidis uteri inflammatione, aut erysipelate correptis; quandoquidem & ipse fœtus non potest resistere æquè ac mater, propter teneram ipsius naturam, necnon etiam quia magis cruciatur ab ardore inflammationis; aut erysipelatis, propter quod prohibita magis

Disputatio Apologetica

est ventilatio ob loci oppressionem, & involucrum, quo circundatus est fœtus; jure ergo optimo & ut fœtus, & mater à faucibus orci liberentur, christianus & cordatus Medicus debet vulnerare talum pro derivatione, & evacuatione causæ morbosicæ, ut sic inaniatur uterus à tanta oppressione, & ventilatis vasis ipsius, à tanto incendio liberetur, quod citissimam, & violentam suffocationem minatur, prolis præcipue, & matris. Irrita ergo sicut venæ sectione semper ex partibus superioribus, nam quod uterum inflamarat, & intra poros occlusum est inaniri & evacuari debet, venâ sectione in talo, derivationis, & evacuationis gratiâ; alioquin prolis interitum accelerabis. Debet ergo etiam in casu proposito Zacutus proclamare sicut lib. 1. hist. q. 22. de plenitudine uteri particulari sermonem faciens, in ipsa suadens sectionem in talo, sic neque in hoc loco celebrata phlebotomia ex se abortiva est, & tantum abest (inquit Zacutus) ut sequi possit aborsus, ut potius demptâ plenitudine, quâ fœtus non indiget, vegetior fiat, & robustior: Idem ergo debet sentire, & asserere in inflammatione, aut erysipelate uteri gravidæ, si suæ doctrinæ semitas fideliter insequuntur.

Vesicæ etiam inflammatio in grida muliere eadem methodo curanda, ac uteri, & erysipelatis inflammatio, quippè non minus lethalis acutus, & periculosus morbus censetur ab omnibus cum summo Dictatore in prognosticis per hæc verba. *Vesicæ dura, & dolentes graves quidem omnino, & mortales, & maxime mortales, quæ continua febre sunt, nam dolores, qui ab ipsis sunt, satis sunt ad interimendum.* Et in calce concludit sic. *Si vero neque quidquam cedant, neque vesica mollescat, & febris continua sit in primis morbi periodis, putandum est agrotum moriturum.* Cùm ergo Hippocrates, & Galenus fateantur in affectibus partium infra jecur esse secundam venam in malleolo, deducitur manifestè sectionem in talo in gravidis, quando vesica est inflammata, eadem ratione tutò esse exercendam, citra abortus periculum, ut forsitan servemus fœtum, & matrem à morbo ita acuto, & periculo. Porro doctrina adducta de sectione venæ in gravidis, in quibus aut inflammatio uteri, aut vesicæ appetet, intelligenda est quando urget indicatio derivandi, & evacuandi ab utero; nam in principio, in quo instat indicatio revellendi, secunda est communis vena; sed in non gravidis basilica: At si ingravescat inflammatio, ut doloris vehementia demonstrat, intensioque febris, necnon urinæ suppressio, tunc quidem crimen erit grave non secare talum ad salvandam matrem, quæ jus primum habet in ipsa medela pro vita custodia.

Peculiarem aliam rationem in favorem Zacuti invenio ad exercendam venæ sectionem ex talo in gravidis, in uteri peculiari plenitudine, inflammatione, aut erysipelate; & similiter in vesicæ inflammatione, siquidem in dictis casibus venæ sectione non est abortiva, et si celebretur in talo; primò quia quando urget necessitas, & indicatio derivandi (cùm prius supponamus satisfactionem factam per révolutionem ex vasis superioribus) minimè convocatur ad uterum sanguinis copia, quæ possit causare fœtus suffocationem. Ulterius vena secta in gravidis, sive ex brachio, sive ex talo dicitur ab Hippocrate abortiva s. aphor. cit. Rationem reddit Galen. in expositione, quia fœtui subtrahitur alimentum, quo indiget ad sui alimoniam pro-

vita conservanda; sed factâ venæ sectione in gravidis, sive ex superioribus, sive ex inferioribus partibus, minimè fit aborsus per sanguinis defectum: ergo fideliter credendum est fieri ex vi morbi, aut alterius causâ abortiva. Minorem præfatæ ratiocinationis, in qua tota stat difficultas, suadet quamplurima experimenta depravatarum mulierum, & observations plurimæ, quas Zacutus adducit, & nos præ manibus habemus, in quibus miseræ fœminæ ad celandum proprium delictum sæpè repetitâ missione sanguinis ex talo, suam turpitudinem, & nequitiam cooperire non potuerunt, & legitimo, & naturali tempore partus finito, in columis fœtus evasit, & promulgavit turpe facinus, quod mater commiserat, signum profecto testificans per sanguinis defectum aborsum non causari, nec per alimenti penuriam, ut Expositores nostri Oraculi proclamant.

Fulcitur altius minor propositio; etenim quando aborsus sequitur sive in primis, sive in mediis, aut ultimis mensibus anteactâ venæ sectione, fœminæ, sive matris vasa non sunt inanita sanguine; sed potius sufficientem copiam illius habent, ex qua non solum dies plurimos, sed & menses nutritri poterat fœtus: ergo non propter sanguinis defectum provocatur fœtus, & fit aborsus; cuius rei confirmatio est lochialis sanguinea evacuatio enixa per plures dies, quæ si non fluat, vita periculum ex gravi morbo ad suppressionem lochiorum subsecuto, vitari non potest, id quotidiano experimento testante: non ergo ob sanguinis defectum, seu propter alimenti penuriam aborsus sequitur, vena incisa in gravidis: aliter enim enixis, quibus lochia ritè non procedunt, venam methodice non secaremus, cùm ergo in matre post aborsum sit tanta sanguinis copia, quantum quotidie redundare experimur, credendum est aborsum non concitari propter sanguinis defectum, & alimenti penuriam in prole, sed aut ex vi morbi præcipue febrilis, & æstuosi, ratione cuius fœtus suffocatur inspirando aëre calidissimum, aut ob alias aborsus plurimas causas, præcipue quia Hippocrates minimè fecuit venam directè propter aborsum (contrarium enim in Iusjurando monet, quasi Catholicus & fidelis loquens) si ergo sectione venâ aborsus fecutus fuit, inde non colligitur necessariò sectionem venæ fuisse abortivam, sed quod ex vi morbi forsitan acciderit: non ergo inviolabile præceptum est, quod in gravidis vitanda omnino sit venæ sectione, imò potius edictum tanquam doctrinale accipendum, juxta id quod regulariter contingit. Premitur discursus, nam si ob alimenti incipiā perderetur fœtus, venâ sectione in gravidis, esset quidem paulatim exsiccatus, & tabescens per defectum paulatim, & sic paulatim fieret, & intenderetur causa abortiva: atqui sæpè post venæ sectionem illicè sequitur aborsus: alià ergo de causa, & non propter defectum alimenti aborsus excitatur.

Adducta argumenta contra Hippocratis communem, & ferè inconcussum doctrinam proponit noster Michaël de Heredia de morbis mulierum loquens diff. 10. cap. 5. nihil tamen responderet in Procerum defensionem, nam omittit solutionem, & solùm aggreditur ad scrutinium peculiaře, nempe quod concessa Hippocratis, & Galeni doctrina de aborsu propter sanguinis defectum, frequentiorem causam non esse in morbis præcisè sanguinis defectum, aut alimenti, ut Galenus in expositione aphorismi annotavit, &

probant

probant efficaciter suprà adductæ rationes : Et concludit quod si causa aborsus sanguinis defectus putetur, id fieri propter debilitatem contrariaam in fœtu, & in ipsa matre ob sanguinis defectum, & propter spirituum inopiam, qua ratione non potest sublevari, & sic ponderat magis, & vincula uteri disrumpit, seu acetabula, atque hoc modo aborsus sequitur, ad quem etiam conductus sensus famis, & anxietas contracta ob alimenti defectum, sic calcitrare posse ratione doloris non est dubium, & accelerare aborsum, ut hinc discas in febribus, doloribus, vigiliis superfluis, animi passionibus, alvi fluxionibus præsertim dolorificis aborsus frequenter fieri ; in febribus quidem propter suffocationem ab ingenti calore, si fœtus respiret in utero, ut latissime nostro tom. 2. cap. de causa suffocationis demonstravimus. Ulterius etiam per febres ardentes acria excrements, & mordacia generantur, à quibus infans molestè compunguntur, aut ulceratus moveruntur irritatus & compulsus, & sic vincula disrumpit, & uteri acetabula, & fit aborsus, idem faciunt dolores, & vigilæ, & alvi fluxiones excrements prava ad uterum moventes, sic & ira facit ebullire sanguinem, & effervescentia : timor etiam & subitus sonus idem causant per retrocessum sanguinis ad intra, & alia plura, de quibus passim agunt Autores.

His tamen adductis aborsus causis, insoluta manent argumenta, seu dubiola contra Hippocratis & Galeni doctrinam, unde omissionis taxandus est noster Heredia, aut censeri debemus, editum illud commune prorsus esse falsum in sua opinione. Doleo, ergo, atque vehementer doleo, virum ita doctum in ea obduruisse opinionem adversus Medicinæ Principes, & veteranos duces, quare nos ipsorum dogmata venerantes in favorem citati edicti pro Hippocrate, & Galeno dicimus, adducta argumenta nullius roboris esse; nam et si post aborsum enixa per plures dies lochia repurget, minimè id indicat sanguinis abundantiam, ex qua nutritur proles, sed potius esse pravam redundantem & excrementitiam toto tempore gestationis suppressam, nam fœtus laudabilem, & meliorem partem sanguinis ad se attrahit pro sua nutritione, ut Hippocr. lib. de nat. fœt. testificat per hæc verba. *Trabit enim à sanguine ad sē id quod dulcissimum.* Ex quo sit, ut cessante gravitatione, quæ causa erat suppressionis illius sanguinis fecalis, natura insurgat ad illius expulsionem per lochiales purgationes in defensionem, & tutelam salutis matis, & forsitan hoc depravato sanguine per aborsum inundatur fœtus, non quidem quia ab ipso allevatur, sed quia jam cessante gravitatione ex vi aborsus illicet natura se exonerare incipit ab exrementis congestis in toto corpore : eadem ratione in lactantibus, in quibus menses deficiunt excrements prava intra totum corpus retinentur toto tempore lactationis usque dum menses superveniant, cessante lactatione. Audias precor Oraculum 2. epid. text. 17. *Lactans quadam papulas per totum corpus habebat, cum autem cessavit lactare, sedata sunt asta te.* Fluentibus mensibus juxta nostri Vallesij expositionem, ubi apprimè, & perdoctè satis subtilitate sua adverbit, non esse eandem materiam lactis, & menstruæ evacuationis, et si cessent menstruæ purgationes tempore lactationis, ac perinde foeminas illo tempore repleri pravis succis. Legas rogo per otium Vallesum in expositione hujus loc. Sed redeamus ad rem nostram. Ergo in gra-

Henriquez Larrea Medica Tom. III.

vidis cum sit eadem ratio suppressionis menstruarum, jure optimo eo ipso, quod fit aborsus natura per uterum mittit sanguinem pravum, & foedum, qui toto tempore gestationis erat suppressus, quin ex evacuatione lochiorum cordatus Medicus possit inferre, supererat sanguinem pro nutritione fœtus, quod quidem sæpe adhibitâ venæ sectione in gravidis, quæ non sunt valde plenæ sicut aborsus ob defectum sanguinis laudabilis, & penuriam alimenti, et si superest excrementitius sanguis, qui post aborsum fluit per lochia mira naturæ providentiâ, ut liberetur foemina ab imminentibus aliis morbis, quos lochiorum suppressione causatae solet.

Argumentum aliud, & observationes plurimæ, quas habemus, tum de honestis foeminiis in gravitationibus, tum etiam de turpibus, & depravatis, quæ ob verecundiam, aut metum celare intendunt gravitationem, aborsum sollicitando per sanguinis missionem ex talo, & non abortientibus, & honestis foeminiis, in quibus sæpè repetitâ venæ sectione ex brachio aborsum non fecerunt, nihil probat contra Antiquorum doctrinam, nam in iis totius ingens plenitudo, & robur fuit causa ut non sequeretur aborsus, neque fœtui non deficeret alimento pro sui conservatione. In aliis, in quibus ex talo iterata sæpius fuit sanguinis missio, servata fuit proles, & ob infantis summum robur, & quia plenitudo particularis uteri ipsa accusabat, quæ deposita non fuit aborsus subsequutus, imò potius servatus fuit fœtus firmioribus redditis vinculis per ponderis depositionem. Præterquam quod Hippocratis aphoristica sententia infallibilis censerit non debet, sed doctrinales, juxta id quod reguliter accidit, quare particulares eventus, qui in contrarium accidentur non evertunt veritatē dogmatum.

Tandem quod adducit Heredia de tabe, extenuatione, & exsiccatione fœtus per defectum alimenti, verum est; attamen priusquam sensim hæc eveniant debili facto fœtus ob inopiam spirituum, & per sanguinis defectum gravitat magis, & sic fit aborsus, priusquam tabe afficiatur, & extenuatur, & ob alias rationes, quas doctè satis dictus Heredia loco citato, quas libenter admitto, ut potè à tanto Magistro à me semper venerando dictatas. Interim tamen addo, venæ sectionem juxta Avicennæ doctrinam fol. 4. lib. 1. cap. 20. esse comotoriam per hæc verba. *Phlebotomia est conturbans, donec quietat.* Vnde cùm facta in gravida, sanguis commovetur versus uterum, & aceidere solet aborsus, & hinc disces agere directè contra vitam prolis, qui matri morbo acuto oppressæ non medetur omnibus auxiliis, quæ morbo opponuntur, etenim peccat occidendo matrem, & per consequens fœtum, aut saltim morbus matris non reteat medebitur, & ingravescit, & poterit esse occasio aborsus omissione magnorum remediorum, nullâ factâ evacuatione à morbo magno, & acuto indicata. Consulte Riolanum lib. de circul. sang. fol. mibi 91. ubi ait. Itaque non est dubium detrahendum esse sanguinem prægnanti mulieri acuto morbo laboranti, etiam fœtus damno, & periculo, quia præstat studere, & ad vigilare matris salutis, & incolumitati, quam fœtus, cum ejus vita à matre dependeat, atque toties mittendus erit sanguis, quoties magnitudo morbi id remedium efflagitabit. Est igitur causa aborsus venæ sectione in gravidis modo explicato edicto Hippocratis publico juxta Galeni expositionem, quia fuso sanguine defranda fœtus passu suo, & quod fœtus est major

eo facilius sequitur abortus per venæ sectionem, si solū attendamus ad pabuli defectum, nam quod major est fœtus, copiosiori indiget pabulo; si autem attendamus ad commotionem, quam præstat venæ sectio ex Avicenna *suprà citato*, cùm nec sit major in primis mensibus, quā alimenti defectus, quia parvo eo tempore indiget pabulo, facilius sit abortus in primis mensibus propter conturbationem, quam causat venæ sectio, quā per defectum alimenti.

Admissis suprà dictis casibus, in quibus tuto, & securè potest Medicus in gravidis venam secare in talo ob rationes validas superius adductas, constat intrepide Riolanum absolutè contra Zaceutum verba infamatoria *suprà adducta* promulgasse; quandoquidem in epilepsia, & erysipelate ab utero in gravidis negat venæ sectionem in talo, oblitus doctrinæ Clasicorum, qui ad originem fluxionis retrahendum esse humorem proclamant ergo si pleno ore fatetur ab utero pendere epilepsiam, & cephalicum morbum, necnon etiam hysterical affectionem per evaporationem ex utero, falsò, & sine fundamento negat sectionem in talo, quippè contra ipsum militant rationes omnes, quas *suprà latè attulimus*. Magis tamen displiceret, quod *infra adducit*, nempè, *Quod si prima, vel secunda vena sectio fieret ex pede plenis adhuc vasculis uterinis (hæc sunt ejus verba) tolerabilis fieret; sed non adhibetur, nisi jam exhaustis superioribus partibus, id eoque sanguis, qui concluditur circa locos muliebres in hypogastricis vasis revellitur, atque præripitur fœtui, inde potest abortus succedere, si defrandetur suo pabulo*. Hæc Riolanus. Contrarium potius mihi videtur esse inferendum, nam plenis vasis uterinis, nec prima, nec secunda venæ sectio fieri debet ex pede, nisi prius exhaustis superioribus vasis, ne plenitudo tota corporis convocetur in uterum, & suffocetur fœtus. Vnde duo noto contra Riolanum, primùm assere, tolerabilem esse in dictis affectibus gravidarum primam, & secundam venæ sectionem ex pede; forsitan non recordatur libelli infamatorij contra Zaceutum: & quidem jure optimo possemus contra ipsum proferre infanticidium procurare si consular tunc secare talum, plenis existentibus vasis uteri, nisi fateatur ejus plenitudinem particularē: in quo eventu Zaceutum sequitur. Temerariè ergo ipsum reprehendit. Secundò insto contra ipsum; nam jam exhaustis superioribus partibus minus periclitatur fœtus venæ sectâ in talo, cùm ipsa sit derivatoria illius materiae, quæ continetur in utero, forsitanque ex illa impeditur suffocatio prolis; nam defraudatio pabuli tunc timenda non est, cùm supponat uteri vasa plena, & sic abortus non debet timeri: non ergo consentaneè loquitur cù his, quæ adducit contra Zaceutum.

Quibus omnibus prædictis, sit nostra conclusio, exceptis casibus particularibus *suprà adductis*, temerarium esse, & punitione dignissimum in gravidis venam secare in talo; nam vulnerato pede subducitur pabulum fœtui, & convocatur ad uterum ex toto nimia sanguinis copia, à qua suffocatur, quippè hoc auxilijs genus ex talo celebratum provocans mensibus destinatum est, Galeno auctore, atque ad exonerandum uterum conduit, & ab eo loco retrahendum quidquid continetur molestum: ergo urgeate necessitate ratione morbi expostulantis sanguinis fusionem in gravidis satius, & securius est sanguinem educere quantum expedit ex brachio, quā ex pede, præcipue si

circulationem sanguinis concedamus; etenim sic totus sanguis ab infernis partibus supernè recurrit ad cor, atque supra jecur majori copiâ continetur, quām infra ratione partium thoracicarum, & capitis, quām citius, & comodiùs deplet sectio in brachiis, & sic succurrimus per ipsam morbo acuto utero gerentes circa manifestum abortū periculum.

Validatur ulterius eadem assertio, nam venarum pedis sectio propinquior est utero, quām sectio venæ in brachio ad abortum provocandum. Additum quod quantū sanguinis detrahitur per venas brachiorum propter recursum sanguinis ad cor per truncum venæ cavæ tantudem affluit juxta cor. Tandem venæ sectio in pede proximè trahit per venas, & arterias ab utero, quod non facit venæ sectio facta in superioribus partibus: quare Medicus prudens, & in Religione Christianæ firmatus, debet in gravidis, si necessitas exposcat, vulnerare venas in brachio, & minimè in talo, à quo periculum impendet abortū. Est enim nostra ætate dogma novum, & perniciolum satis vagans apud obstetrics, & vulgares Medicos, qui ob ruralem metum passim homicidia commitunt, quoties in gravidis sanguinem educunt per talum: falsum tamen assumunt fundamentum ab experimentis meretricum, quæ abortum provocare nituntur, sæpè venas pedis secando, ut votum assequantur: insuper etiam frivolum est fundamentum ab observationibus pluribus, quibus constat, feminas plures per totum tempus gestationis menstruantes abortum non fecisse, etenim hoc sæpè fit in plethorics, & robustis mulieribus, in quibus sanguis ille menstruus per venas cervicis uteri fluit guttatin, quin ex prædicta menstrua evacuatione fiat injuria fœtui, qui tunc præsumitur valde resolutus, sicut & mater, quare successibus careat octo, quisquis ab eventu facta notanda putat, quandoquidem innumeras etiam habemus historias, & observations in nostra ætate plures mulierum gravidarum, quæ ex hoc remedio intempestivè celebrato abortiebunt: præstat ergo semper securè agere, quām experiri auxilium suspicuum, & valde pericolosum, nullā urgente necessitate: si autem gravida mulier esset in summo periculo constituta, & citra intentionem abortū, indigeret venæ pedis sectione, viribus valentibus, satius esset à sexto mense usque ad nonum inclusivè detrahere, quamvis fœtus sit grandior, quia intra substantiam uteri fungosam, & intra placentam jam crassam, & amplam magnâ naturâ providentiâ sanguis continetur ad nutritionem fœtus per aliquot dies. Cæterum aliis mensibus præcedentibus cum placenta sit exigua, neque firmiter adhæreat parietibus uteri, qui nondum crassitatem satis capacem obtinuit ad sorbendum, & continentum sanguinem adhuc fluidum circa locos muliebres in vasis hypogastricis, potest per venæ sectionem ex talo instar menstruæ purgationis revocari, sive præripi ab utero, ac proinde abortus consequetur si in primis mensibus talum vulneraremus in gravidis. Hanc censuram adducit Ioan. Riolanus ex qua videtur simulare aliquantulum hostilitatem contra venæ sectionem in gravidis ex partibus inferioribus.

Plura argumenta proponit Fortunatus Plemius, necnon etiam Nicolaus Fontanus, quibus venæ sectionem ex talo acerrimè reverttere conantur, quæ latissimè referuntur à Zaceuto *loco citato*, ubi etiam satisfacere intendit locupletissimis doctri-
næ, sed quia facile quivis ea videre potest, in hunc locum

locum transcribere supervacaneū judicavīne oratio nostra longior, & molesta vobis sit. Aliqua tamen, que involvunt difficultatem in Zacti responsionibus *suprà* sunt à nobis adducta: Ex quibus tradita doctrina firma satis manet, & libera ab spiculis contra ipsam injectis.

præbet. In jecore ergo tanquam in membro principiæ ad generationem humorum destinato residence luem venereum ferè inconcussum apud omnes Scriptores habetur.

Insuper etiam circa causam luis venereæ effætricem ferè convenienter inter omnes, eam venenatam, & contagiosam esse, ac lentâ quadam, & inexplicabili ratione per coitum, per oscula, amplexum, ac lactationem, necnon etiam ex principiis generationis induci. Hanc luis venereæ causam Fernelius inter cæteros elegantissimè descripsit per sequentia verba. *Efficiens causa venenata est, ac maligna qualitas, atque pernicioſa labes, quæ in quacumque corporis parte primum infederit, eam contaminat, indequæ continuazione in totum corpus spargitur, & ex parvo initio passim invalescit, dum non modò spiritus, atque humores, sed & carnes, & partes omnes per vagatur.* Hæc Fernelius.

Suppositâ ergo hac doctrinâ, quam omnes admittunt, & quotidianum confirmat experimentum, instat jam validum fundamentum afferentium in lue venerea semper esse secundam venam in talo, sive in viris, sive in foemini; nam luis venereæ causam auferre debet Medicus, indicatione sumpta à morbosō apparatu, qui si tanguinis missione indicet, eam illicē debet exercere; sed seccio venæ in brachio est valde pernicioſa, & periculo plena: ergo potius debet fieri in malleolis. Minorem propositi discursus suadet efficaciter natura causa luis venereæ nuper descripta à Fernelio, quæ cùm maligna, venenosa, & contagiosa sit, suspectum erit eam evacuare per partes superiores cordi vicinas, imò pernicioſissimum, & valde extiosum censeri debet, advocate venenosam materiam ad superiora, & principalia membra: cùm ergo per sanguinis fusionem ex vasis supernis id accidat, vereri eam semper debemus, & amplecti sectionem in talo tanquam securiorem, & utiliorem, revellentem quidem ad partes ingobiles, & inferiores malignam illam, & veneficam materiam, ipsamque à corde, & à superioribus membris avertentem: si ergo his omnibus prærogatiis, & beneficiis gaudet crurum vulneratio, seu sanguinis fusio per loca inferna, ubi omnes abscessus, quos natura suā providentiā creat, utilissimi & securissimi judicantur ab Hippocrate in *prognosticis*, jure optimo Medicus, qui natura fidelis minister, & imitator est, fecabit venam tali in omnibus, qui lue venerea infestantur.

Confirmatur assumptum, quoniam sèpè natura ipsa, ut se liberet ab inimico ita diro, & crudeli sua speciali providentia detrudit humores venereos maligno illo charactere sigillatos ad inguina tanquam ad emunctoria, in quæ jecur solet deponere quidquid excrementuum molestas, & bubones creat, malignos, & signa sunt germina historiis; idest fideliter significare distemperiem, & malignitatem residentem in jecore, in quo tanquam in radice stabulatur maligna, & venenosa qualitas: si ergo natura liberare conatur à tanta molestia deponendo morbificam, & contagiosam materiam in partes inferiores, meritò cordatus artifex in subsidium naturæ tentabit in lue venerea venæ sectionem ex cruribus semper pro naturæ defectu in sui beneficium, & pro salute ægrotantium comparanda.

Ulterius etiam corroboratur assumptum; nam in febribus pestilentibus, & malignis communiter secantur venæ inferiores, ut materia venenosa, &

CAPUT ULTIMUM.

De venæ sectione in lue venerea oppressis.

LUIS venerea adè communis est nostro sæculo in omni regione, ætate, & sexu, adeoque fortis, fastidiosa, horribilis, & timorosa passio, ut pustulas, cutis defœdationes, & ingentissimos creet dolores, interdum nasum eredit, oculos, & ossa; bubones, & gonorrhœas vitulentas gignit, item ulcera formidolosa in pudendis, & valde molesta, & instrumenta gignendi penitus absunit, vitam etiam ærumnosam facit, ita ut homines prædicto morbo infecti potius mori, quam sic miserabiliter, & crudeliter vivere desiderent.

De hoc igitur sævissimo, & horrendissimo morbo, ut potè communissimo, plures Autores paſſim agunt ipsius essentiam, dignotionem, & curationem perdoctè satis scribentes, necnon etiam appropriata auxilia ad amissum examinantes; nostri tamen instituti ratio minimè postulat, ut specialiter de ipso agatus; sed solùm de auxilio magno, quo ferè omnes indigent, nempe de venæ sectione, & quidem non absolute, de ipsa quippe clamat ipsius indigentia, sed de loco, ex quo debeat exerceri, erit nostra oratio, litigiosa satis nostris temporibus ob vulgi ignorantiam, necnō etiam Tonforum, & vulgarium Medicorum imperitiam, metum, & terrorem in auribus eorum, qui miserè degent, inducentium, si talum non feriant, quapropter tanquam dogma indelebile consulunt semper, & in omni occasione, sexu, & ætate, nullà priorsū facta distinctione, venam esse secundam in cruribus, dummodò venerea lues reluceat. Certè tamen quantum suspicor, hujus sectæ infectionem ab Hispalensis Doctribus fuisse mendicatam, tanquam ab hujus erroneæ doctrinæ Duciibus, ut *suprà* copiosè satis à nobis est demonstratum: interim tamen pro complemento nostri operis Adversariorum futilia proponam fundamenta, ut quod utilius in medela hujus morbi circa locum, ex quo venæ sectio sit exercenda, clarius eluceat.

Priùs tamen quam ad palæstram accedamus, supponimus luem venereum sedem propriam habere in jecore, ibique implantari & characterem proprium imprimere, ratione cuius tota massa sanguinaria perenniter (durante tali morbo) manet defœdata, & maligno & venenoso sigillo munita, sic contaminantur humores, spiritus, & solida membra, serpente alimento ad ipsa: cùm autem vitia, quæ luem venereum ostendunt, & symptoma pathognomonica ipsius sint toti corpori communia: infertur non dubiè rationabiliter implantari hunc morbum, sive ipsum à tota substantia nomines, ut communis fert opinio, sive à manifesta qualitate, calida scilicet & secca distemperie, ut acerrimè id suadet Alexander Massar, suo tract. de mor. gal. de quo non dispuo; in principio communis, nempe jecore, quod omnes generat humores, & omnibus partibus corporis alimentum

Disputatio Apologetica

pestifera revellatur à corde per distantiora loca : sed venerea lues est etiam venenosa, & contagiosa, & insuper humores, quos gignit jecur defecatum morbo ita crudeli, & sævissimo, secum afferunt sigillum illud, & characterem : ergo simili ratione quando adeat indicatio secandi venam, ea est eligenda, quæ situm habet in cruribus, ut sanguine ex ipsa exhausto, maligna, & contagiosa materia revellatur à corde, & à partibus superioribus, in quibus si stabulatur, gravissima causat accidentia, qualia fūere quæ suprà depinximus.

Zacutus Lusit. lib. 2. prax. hist. & de morb. Gal. fol. mibi 270. videtur hanc eandem opinionem amplecti, ubi asserit, quod ante purgationem in lue venerea ad levandam naturam & transpirandum corpus, si plenitudo adsit, sanguis est detrahendus in quantitate modica ex parte dextra, si laboret jecur, ex sinistra, si lien sit oblæsus; quod si pustulae adsint, aut etiam scabies infestet, hirudines venis hæmorrhoidalibus apponere non erit abs re, quarum usu fœcalis sanguis ad distantissimas propellitur corporis partes, ad quas ipse gravitate sua promptissimè ruit ; ex qua doctrina inferunt aliqui juxta ipsius mentem, venam in cruce dextro, aut sinistro scindendam esse, prout jecur, aut lien appareat male affectum : rationem inferunt ex prætextu, quo jubet applicare hæmorrhoidalibus venis hirudines, ut scilicet fœcalis sanguis, & infectus ad distantissimas propellatur corporis partes.

Insuper etiam in assumpti hujus confirmationem adducere possumus observationem raram, quam adducit Zacutus lib. 1. de MM. PP. hist. fol. mibi 134. obser. 18. in qua Dux Hispanus à sœva lue venerea evasit immunis, fontanellis in inguine sponte apertis : ipse enim sœvis, dolosisque misericorditer ulceribus vexatus quæ totum corporis ambitum conspurcabant, sœpius unductus hydrarigro, & sudorificis auxiliis immaniter cruciatus, ex iis ullum vix sensit commodum : apertis tamen sponte in utroq; inguine fontanellis, per quas veluti per emunctoria putores illi, corruptique humores paulatim vacuari ceperunt, omnino à tantis malis immunis evasit. En celeberrimam, & satis raram historiam, in qua sagacissima natura, quid faciendum est in luis venereæ medela satis clatè demonstrat, ut hinc discas, imitandam fideliter, & sagaciter esse in evacuationibus, quas ars docet, & ab ipsis partibus, in quas natura depositit humores, ut à tam crudeli liberetur hoste : Si ergo ad partes infernas detrudit fæculentos, & malignos humores immanes, & crudeles dolores cauantes, & hac ratione miseri ægroti immunes evadunt, jure optimo Medicus evacuationes tentare debet per crura, ipsa vulnerando, ut lues illa venefica, & contagiosa ad inferiora membra detrudatur à natura, paribus superioribus immunitate, & indulgentia illa fruentibus, ut à tanto malo liberæ evadent.

Adductis rationibus non convincor, & asserere firmissimo animo audeo in lue venerea affectis basilicam venam esse feriendam, dummodo virulenta materia nullum peculiarem modum seu decubitum fecerit ad inferiora membra, ut sœpenumero accidit, quando bubones venerei in inguinibus oriuntur, aut gonorrhœa virulenta, aut in pudentio ulcera apparent, seu inflammatio; & in summa si natura deponat per motum peculiarum malignam, & foedam materiam in partes, quæ sunt infra jecur ; nam in his casibus vena est secunda in poplite. Conclusio nostra duas continet partes;

prima est, quod absolute in lue venerea, nullo existente peculiari motu venenosæ materiæ ad partes inferiores est secunda vena basilica in brachiis. Secunda est, quod quando natura morbificam causam propulsat ad partes inferiores infra jecur, in casibus propositis secunda est vena politis. Cæterum si ad caput materia ruat, & ibi dolores vehementissimos excitet, pravâque ulcera & capillorum defluvium, tunc quidem ex qua vena sanguis sit hauriendus libenter proferam, distinctione quadam adhibitâ.

Properemus ad probationem primæ partis: nam humores venerei, & venenosæ firmissimam sedem habent in jecore, in quo generantur, tanquam à primo fonte venereo illo sigillo, & charactere impresso in ipsis, indequæ ab ipso jecore disseminantur per omnes venas majores, minores, & capillares usque ad porositates, ut ex ipsis fiat patrum solidarum alimentum; quâ suppositâ doctrina, tanquam indelebili, & inconcussâ, constat clare, quod si in lue venerea urget necessitas secandi venam, eam esse eligendam, quæ in brachiis dicitur basilica; hæc namque demit citius plenitudinem, magis etiam attemperat jecur, ut ventilatio in vasibus majoribus celerius cœsequatur, quin si timor aliquis, nec suspicio convocandi humores illos venenosos ad cor, neque ad supernas partes, in quo tota Adversariorum ratio fundatur: Suadetur ergo efficaciter hæc ultima propositio; nam jecur ex proprio munere mittit hujusmodi humores venenatos, & malignos ad omnes partes corporis per omnes venas ipsos disseminans propter principatum, in quo est constitutus à natura: ergo venæ sectio celebrata in brachio ex basilica, vena, nihil influit in talem motum, cum jecur tenetur illum præstare, sive secetur vena basilica, sive non, imò potius forsitan ex sectione talis venæ effrenantur humores, & magis attemperati, & non ita fervidi, & adusti disperguntur per omnia vascula usque ad penitiora loca, ac per consequens vulnerata in lue venerea venâ basilicâ, citius opitulamur plenitudini, quin nec timor rationalis, nec ulla quantumvis minima suspicio adsit convocandi tales humores ad superiora membra, cum talis venæ sectio id non præstet, ut ex superioribus caputibus contra talares Medicos constat: imò & dato casu, quod humores convocaret, nihil noceret, cum nulla major ipsorum convocatio ad omnia membra, quam illa, quam ex proprio munere, & officio præstat jecur, & cum alias prærogativis aliis gaudeat sectio basilicæ suprà adductis, sit manifestum, ipsam sine dubio esse feriendam in luis venereæ medela, quidquid vulgaris imperitia clamet in plausum venæ sectionis in cruribus, cum solus ruralis timor eam permittat, si rationali methodo stemus.

Audaciùs hanc nostram tuerit opinionem Doctissimus Mercat. sup. cit. lib. 2. de mor. Gal. cap. 10. de venerea gonorrhœa sermonem instituens, ubi, existente plenitudine cum prædicta gonorrhœa venerea & virulenta, acerimè tenet verendum non esse ex vena axillari utrinque brachij sanguinem fundere: hæc tamen doctrina licet à tanto viro in se præcipue practica venerando, limitatione indiget, nec ipsam pleno corde amplecti mibi visum fuit præcedenti capite, dum de vena secunda in febre pestilenti, & maligna egimus, quare omnino superfluum erit iterum in hoc capite transcribere, quæ ibi à nobis explotata sunt circa propositum litigium.

Hanc etiam nostram patrocinatur sententiam Sennertus

Sennertus lib. 6. de indicationibus tom. 3. part. 4. cap. 10. de curatione morbi Gallici; & primò de venæ sectione, ubi in primis basilicam esse feriendam docet, dummodò ad inguinā, seu partes inferiores non sit peculiaris motus naturæ trudenter materiali virulentam, & malignam, de quo infra: Adit etiam insuper Sennertus cutato capite, quod si prædicta materia ad caput ruat, & ibi dolores vehementissimos exciter, & prava ulcerā, atque capillorum defluvium, in brachio cephalicam venam communissimè secandam esse. Hoc tamē præceptum summa cautione observandum esse censeo, nempe quando corpus in caput non mittit materialē separatam malignam, qualiter accidit, quando in inguinib⁹ bubones constituit, & gonorrhœa causat, & pudēdorum prava ulcerā; nam tunc ratione urgentiæ illius materiali communis virulentæ contentæ in cerebro poterit Medicus venam cephalicam tundere, dum in parte inferiore non sit bubo, aut gonorrhœa, aut peculiaris naturæ motus in partes inferiores, nam tunc ab illo divertere non erit rationabile, ut capiti succurramus: etenim præferenda semper est sectio in tali juvans naturæ auxiliarem motum ad partes infernas: ceterū si particularis motus sit ad caput, natura mitiē, & trudente materiali malignam, & separaram à cōsortio optimi sanguinis, tunc derivationis, & evacuationis indicatio à capite, tanquam à membro nobili, magis urget, quare tunc urgentiæ ratio nos cogit venam cephalicam secare, ut discas non esse adeò fortidabile venas superiores in lue venerea vulnerare ut vulgus, Medicique, vulgares, & imperiti putant, quandoquidem Sennertus id absque ulla suspicionis nota probat, & nos idem esse exequendum iudicamus, dicta cautione naturæ pensitatā.

Suffragatur etiam Doctus Alexander Massarias lib. de mor. Gall. pag. mīhi 889, ubi non solum utilē, sed necessariam esse censet venæ sectionem in medela luis venereæ, & hanc esse exercendam docet in brachio dextro, secando venam basilicam, nisi peculiaris aliquis morbus partium inferiorum alterius venæ sectionem videatur postulare; in quo casu post sectionem venæ jecoris, licet ad alias quoque sectiones devenire: unde perpendas magni momenti esse apud hunc Doctorem in lue venerea sectionem basilicæ venæ; & quidem magis urget hæc assertio in sua doctrina (cui assentiri non erit abs re) in qua acerrimè conatur suadere luem veneream nō aliud esse, quam intemperiem, atque eam quidem calidam, & siccā in jecore firmatam, licet plura accidentia, variāque symptomata apparent in lue venerea, & partes diversæ consellant in ipsius progressu, tamen semper, & indefatigabiliter comitantur exustio, & ipsi perpetuò copulatur; nam ulcera, & pustulae in quacumq; corporis parte existunt, quicumque redundant in corpore humores, & sordidem lividi, vel nigri coloris, & callositatem, & alia manifesta ex ustionis indicia contrahunt; sic erosiones gingivarum, palati, oris, faucium, nasi, manuum, pedum, & omnium partiū, item casus dentium, defluvium capillorum, non aliter quam ab humoribus acribus generentur, insuper etiam gonorrhœa, ustionem tum in substantia, tum calore feminis soler demonstrare: item etiā bubones ducti ad suppurationem habet labia duxiora, & callosa, atq; sanies manas manifeste acris, & adusta conspicitur, itaque nihil est in lue venerea, si omnia accidentia diligenter perpendantur, quod insignem caliditatem, & ustionem non demonstrat. Unde vulgares Medici, imperiti Chirur-

gi, & Barbitonfores bubones, gonorrhœas, ulcera & pustulas, & reliqua adducta mala signa exustionis tanquam proprio charactere luem veneream, ab eaque talis non est, solent distingue re: ita ut quicunque in corpore redundant humores, sive frigidis, sive calidi, semper aliqua insignis caliditatis signa, & ustionis apparent in lue venerea affectis, cumque dicta ustio ab intemperie jecoris calida, & siccā semper oriatur, constat planè, luem veneream in dicta intemperie manifesta collocari. Ceterū quia non omnis calida, & siccā distempes jecoris, nec certa quedam ejus intensio constituit luem veneream, ut per se patet, tenetur recurrere Massarias ad diversitatem causæ, & ipsius purredinem, & inquirens qualis sit hujusmodi luis venereæ causa effectrix? Respondet convenire inter omnes Medicos eam venenatam, & contagiosam esse, ac latente quadam, & inexplicabili ratione per coitum, per oscula, amplexum, lactationem, & alias impudicitæ occasionses induci. Quâ suppositâ doctrinâ, censeo nihil peculiare ab hoc Autore afferri, distinctum ab eo quod cōmunitet dicitur; nam sive morbus sit à tota substantia jecoris, sive lateat in causa, & occulta qualitas in ipsa concedatur, idem significatur, etiamsi in accidentibus reluceat ustionis & caliditatis signa; quapropter parum refert ad luis venereæ cōstitutionem, seu cognitionem, si dicamus occultam qualitatem, & substantiæ proprietatem relucere, aut in morbo jecoris, aut in causa venereæ lues, & contagionis venereæ: sed quidquid sit de hoc, cuius examen ad nos in præsentiarum non attinet, si concedamus cum Massaria in accidentibus luis venereæ relucere ferè semper caliditatem, & ustionem, firmius in hac opinione dum accedimus ad medelam, basilicam venam secamus, ex cuius cruxis eductione citius, & celerius attemperatur jecur, & tota massa sanguinaria ventilatur magis, & corrigit prædicta intemperies, ac per consequēs dum affectio peculiaris non creatur in partibus inferioribus, vena ferienda est in brachio.

Tempus jam instat, ut accedamus ad secundam partem conclusionis, in qua tanquam certum statuendam, est quod si sit peculiaris naturæ motus ad partes inferiores materiae venenosæ luis separatæ, ratione cuius aut bubones in inguinib⁹ procreantur, aut gonorrhœa virulenta accidit, aut ulcera in pudendis formidabilia, vena semper secunda est in tali, duplice de causa, prima, quia illa materia est malignior, & magis venenata, ut potè separata à cōsortio aliorum humorum, aut optimus sanguinis, & sic eam ad ignobiles partes oportet convocare: secunda quia si aliter, scilicet secando basilicam, procederemus, incepimus naturæ impediremus motum ad partes adenosas, & ignobiles, cohibendo talem decubitum, & inclinando natum ad contrariam partem, nobilem magis, ex quo manifesta sequitur perniciēs, symptomatum omnium ingravescētia, & tandem funesta mors. Ut igitur hæc omnia, si possibile sit, impediuntur, securius erit auxilium in dictis casibus venam tali vulnerare.

Nostrum assertum de venæ sectione in partibus superioribus, exceptis dictis casibus, innumeros ferè habet Patronos, tū Antiquos, tum neotericos de lue venerea scribentes, & ipsius medela; & quidem præter recentiores citatos, plures sunt antiqui, qui nostram exornat opinionem. Sic Sebastianus Aquilanus tract. de mor. Gall. Nicolaus Massa, & Natalis Montesaurus Veronenfis de mor. Gall. specialiter scribens cap. 6. medelam hujus morbi instituens,

instituens, ait. *Quantum ad primam indicationem dico, quod habitis signis dominij sanguinis, aut quod tales humores sint sanguini permixti, aut quod sanguis fluere consuetus est retentus, sine mora à phlebotomia incipere debemus, et si repletio fuerit, & sanguis de naribus sit consuetus fluere, phlebotomabimus à cephalica, sin autem urina fuerit rubra, grossa, & in spleno nullum fuerit nocumentum, neq; hemorrhoides, qua fluere solebant, aut sanguis menstruus fuerint retenti, phlebotomabimus de basilica partis dextra; sin autem in parte splenii fuerit aliqua durities phlebotomabimus à basilica vel salvatella sinistra, sin autē hemorrhoides, aut sanguis menstruus fuerint retenti, phlebotomabimus de saphena. Hucusque Autor iste, quibus verbis rem nostram claritate, & brevitate mirificè exploravit cautione illa universali, quam nos libenter amplectimur, nempè quòd si fuerit aliqua inferior evacuatio suppressa, qualis quædam ex narratis, initio secta venā in talo auspicanda est medela, ut natura assuecat evacuationi suppressæ. Hoc consilium ita certum est, ut nulla indigeat approbatione.*

Jacobus Cataneus tr. de mor. Gall. c. 2. hæc habet Institutas itaque cum à principio videris signa exuberantia sanguinis, & robur, & atas ipsa consentiant, antequam indurescat sanguis, ut fiat phlebotomia de vena nigra, vel basilica dextræ lateris. Inter omnes autem Scriptores palmam arripuit Hieron. Fracastorius vir eximius, qui totam descriptionem & medelam luis venerea, carminibus heroicis delineavit mirificè, inter quæ dum de sanguinis missione loquitur, sequentia protulit.

Vere novo, si quem morbus tenet: aut & in ipso Autumno, si firma atas: si sanguis abundat: Regalem, mediumve lacerti incidere venam. Proderit: atque extra fœdatum haurire cruentum.

Suffragatur Perr. Andr. Matthiolus & Uvendelinus per hæc verba. *Et debet fieri phlebotomia de basilica dextra, aut saltim mediana, quia quamvis divertat ipsam materiam ab exterioribus ad interiora; talis tamen materia non est sic venenosa sicut materia variolarum & morbillorum. Hæc Docttor iste. In cuius confirmatione addimus, quod experimento comprobatisimo habemus, nempè quod in variolis, & morbillis tutissimè, & absque calumnia aliquam venam in brachio tundimus, quantumvis malignissima sit ejus materia: ergo ita in lue venerea apparentibus, aut non apparentibus pustulis, tundere venam basilicam in brachiis tuto possumus, quin sit impedimentum malignitas materiae, neque ipsius venenositas, imò neque motus ad extimas, & cutaneas partes, sicut accidit in variolis, & morbillis. Quod fundamentum solvet argumentum primum Adversariorum, quod in venenositate materiae fundabatur ad feriendum talum, de quo, capite de loco in quo vena sit ferienda in febris pestilentibus, abundè egimus.*

Coradinus Gilinus in opusc. de morbo Gallico idem sentit sic. *Circa secundum instrumentum dico quod phlebotomia in principio ex communia venâ in corpore tamen multum plethorico. Idem testificat Gaspar Torrella consil. 2. de curand. prudend. sang. miss. in qua sanitatem brevi tempore comparandam agroti cuidam pollicitus fuit, & primò præcepit phlebotomare basilicam venam ad minuendam plenitudinem. Suffragatur Leon. Fuchs. de mor. Gall. in appendice ad l. 5. de cur. rat. per sequentia verba. Quod si corpus ejus, qui hoc malo recens laborare cepit, plethoricum existit, modo atas, anni tempus, & alia non*

impediant, vena secunda erit in gibero media. Bened. Victor. Favent, de hujus morbi curatione agès sic scripsit. *Igitur morbi Gallici curationis scopus primus initium capiat à sanguinis missione, vel ex nigra vena cum universo corpori vitium communicetur, vel ex jecoraria cum omnes humores, aut ex se, aut per consensu vitiosi sint, & jecur humorum generationis fons existat. Alex. Petron. Hier. Card. auxiliaries sunt, & ferè quadraginta prima classis Autores in unico tomo collecti nostram thesim confirmant, quos longum satis, necnon fastidiosum esset recensere.*

Eia ergo, ô vos omnes Apollineæ Facultatis fidelissimi Alumni, methodum rationalem sedulè, atq; maturè illuminantes Divino Aesculapio venerabilem, & majestuosum cultum reverenter offerentes, cùm audieritis rurales vulgi clamores, prælia, & seditiones inter imperitos Medicos in plausum venæ sectionis ex talo in lue venerea affectis, nolite terrori; sed firmiter, & fideliter antiquorū dogmata venerantes, id, quod ratio dictat in animos infudere, ut sic hallucinati in erroribus à tenebris quibus obumbrantur, in lucem veritatis resurgent.

Nec Contrariorum jacula *saprà* contra nos ad ducta feriunt, si dictis *saprà* stemus; etenim vulnerata vena in brachio minimè retrahit, neque cō vocat humores venenatos ad partes superiores, quandoquidem jecur ipsum disseminat totam massam venenatam per omnes venas usq; ad penitiora loca, præterquam constat in febribus pestilentibus, & variolis sæpè tentari, & communiter venæ sectionem ex partibus superioribus citra periculum absque ulla suspicione, imò & cum fælicissimo successu. Non ergo recusanda in lue venerea, quandò non adeat peculiaris motus naturæ, quo materiam venenolam, & separatam detrudit ad infernas partes, etenim tunc tali venam feriendam esse docuimus *saprà*.

Zacutus autem *saprà* citatus minimè facit contra nos, siquidem non determinavit locum, ex quo vena esset secunda, & licet hirudinum applicatio in partibus inferioribus, tanquam proficuum auxilium afferat, nihil contra nos docet, quippe viribus effeminitatis in lue venerea affectis, id nos libenter exercemus, & quando aliqua affectio peculiaris hypochondria vexat, aut in sanguinis hemorrhoidalis suppressione, aut subiecto valde melancholico, cui talis evacuatio valde opitulatur, hoc tamen non evertit generale præceptum à nobis statutum, nam nullo præsente peculiaria affectu inferiorum partium, semper in lue venerea venam in brachiis debemus secare, quæ citò, & velociter deponat plenitudinem, securius attemperet jecur, & deponat causam morbificam citra ullam suspicionem.

Potuisse plura, & hæc ipsa locupletius, atque compitiū in medium afferre; sed hæc ad posteritatem mitto, qualiacumque sint, non quidem veluti rem tanto lectore dignam (absit profeccio à me omnis superbia) sed ceu pignus quoddam sanctæ inter antiquos doctriñæ; necnon etiam inter nostri ævi Doctores; non aliud ex his quærens, quæ ut veritatem discant imperiti, & rationalem methodum adipiscant: præstet igitur ut vincat veritas propriis viribus nixa & Deus Optimus Maximus tantum huic præsidio, & omnibus, quæ à me illustrata sunt aspiceret, ut optata inde sequatur sanitas universæ Christianæ Reipublicæ profutura. Et hæc pro nostra Apologia dicta sufficient.



INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM

quæ in hoc Tomo Tertio continentur.

Prior numerus Paginam, secundus Columnam notat.

A

Abortus.

- A**BORTUS causa quomodò sanguinis defectus. Paginâ 617.
Columnâ 1.
Abortus cur frequenter fiant in febris. ibid.
Abortus alias causæ. ibid.
Abortum quâ ratione causet venæ sectio in gravidis. 617.2. & 618.1. & 2
Abortum non causat venæ sectio in talo. 610.
1. usque ad 618
Abortus occasio esse potest omissio magnorum remediorum, nullâ factâ evacuatione, à morbo magno & acuto indicatâ. 612.1. & 617.2
Abortum quâm facile causet medicamentum purgans, ex Vallesio & Averroë. 614.1
Vide *Sanguinis missio. Zactus.*

Abscessus.

- Abscessus an terminet febrem ardente. 241.2.
& 242.1. & 2
Abscessus critici signa. 243.1
Abscessus media terminatio est, inter illam quæ per evacuationem & per coctionem fit. ibid.
Abscessus acceptio varia. 243.1
Abscessus vera acceptio. ibid.
Abscessus cur hyeme magis accident, tardius finiantur, & minùs retrocedant. 243.2
Abscessus futurus quâ ratione ex urina judicetur. ibid. & 244.1
Abscessus in qua parte firmandus, quibus signis dignoscatur. ibid.
Abscessus majores quando eveniant. ibid.
Abscessus qui recurrent cur damnet Hippocrates. 246.2
Abscessus in pericardio tremulum motum in corde causat. 522.1

Acetosa.

- Acetosa frigida & secca in secundo gradu. 119.1
Acetosæ facultates. ibid.

Acetum.

- Acetum plures exhibut non auferit sitim. 168.1
Acetum aliquam speciale sitim corrigit. 171.1
Acetum quod in debita proportione cum aqua est, melius calorem compescit. 186.1

Actio.

- Actio semper fit à proportione majoris inæqualitatibus. 86.1
Actio tripliciter lœditur. 371.2. & 378.1

- Actiones immanentes sunt in dupli differencia. 305.2
Actio quâ agit temperamentum, est merè naturalis. 311.1
Actio illa quâ jecur producit quatuor humores, præcisè ordinatur in bonum commune totius, & procedit ab alia facultate propter totius utilitatem operante, & minimè à peculiari, quæ solùm dirigitur ad peculiaria opera jecoris, quatenus membrum peculiare. 313.1
Actionis lœsio diverso modo fit à calore quâm à frigore. 376.2
Actionis unius perfectio an minuatur ex intentione alterius. 404.1. & 2
Actiones sensitivæ sunt subjectæ imperio voluntatis. 405.2
Actiones vegetativæ non item. 406.1
Actio una & eadem intrinsecè invariata non habet rationem symptomatis & præter naturalam. 435.2
In Actionibus merè naturalibus nulla est defatigatio neque remissio, secus in animalibus & voluntariis. 496.1
Actionem esse voluntariam quo modo cognoscatur. 496.2
Actio aliqua ut sit voluntaria non requiritur quod præcedat deliberatio & consilium. ibid.
Actiones liberæ aliquæ sunt nulli deservientes, aliae voluntariæ, deservientes tamen corpori. ibid.
Actiones totius corporis ex temperamento cordis dependent. 518.1
Actionis visivæ lœsio quando fiat. 477.1

Adam.

- Adamus an rebus nomina imposuerit. 324.1. & 2. & 325.2. & 425.2

Advertentia.

- Advertentia quâm necessaria in actionibus animæ sensitivæ quæ cognoscitivæ sunt, & ex appetitu animali procedunt. 403.2
Advertentia an sit actus imaginationis. ibid. & 404.1
Advertentia in quo consistat. 404.1
Advertentia in quibus actionibus habeat locum. 405.1

Aer.

- Aer inter res non naturales primatum tenet. 14.1. & 2

Index

- Aërem ambientem inter prima indicantia cur numeravit Galenus. 14.1.& 23.1
 Aër in curatione est indicans ut signum. 23.1
 Aër habet specialem dignitatem & prærogati-
 vam in curandis morbis , & in conservatione
 sanitatis. 23.2
 Aër dum à temperie requisita recedit, cur omnes
 aliæ res non naturales pro contraria parte
 sunt adhibendæ. 36.2
- Ætas.*
- Ætas quos cibos postulet. 117.1
 Æstate cur pauciora alimenta ingerenda sunt:
 ibid.
 Potus cur copiosior esse debeat. ibid.
- Ætas.*
- Ætas senilis evitari non potest. 3.2
 Ætatum successio inevitabilis. 4.1
 Ætatum vietus varius. 116.1.& 2
- Agens.*
- Agens nullum potest producere in passo æqua-
 lem intensionem quam in se habet. 3.2
 Agens & passum in omnium productione repe-
 ritur. 59.1
 Quid sit illud quod Agentis rationem habeat.
 ibid.
- Agens quodlibet naturale sua naturali propen-
 sione intendit sibi assimilare passum. 85.1
 Agens quodlibet potest producere omnes suas
 dispositiones ex se. 88.1
 Agentis vim resistentia in primis qualitatibus
 contrariis retardat , & sæpenumerò omnino
 impedit ejus actionem. 87.1
- Albugo.*
- Albugo sub quo genere mörborum comprehen-
 datur. 471.2
 Albugo cur morbus proprius tunicae cornicæ.
 ibid.
- Alimentum.*
- Alimentum triplicem habet significationem jux-
 ta Hippocratem. 81.1.& 129.1
 Quælibet explicatur. 81.1
 Alimenti nomen æquivocè convenit veluti ali-
 mento dicto, & futuro alimento. ibid.
 Alimentum verissimum & proprium quid sit.
 ibid.& 128.1
 Alimenti accidentales differentia. 81.2
 Alimentorum divisio per qualitates activas.
 129.1
 Alimentum non excludit fluxibilitatem, nec for-
 mam potulentam. 81.2
 Alimentum debere esse siccum quandò docet
 Aristoteles, quomodo intelligendus. ibid.
 Alimentum debet esse mixtum. ibd.& 84.2
 Alimentum humidum & calidum facilius corpo-
 ra reficit. ibid.
 Maximè si jungatur fluxibilitas. ibid. & 82.1
 Alimenti natura & quidditas. 82.1. & 83.1. &
 128.1.& 2. & 157.1
 Alimentum quatenus tale quid importet. 82.1
 Alimenti & medicamenti differentia ex Galen.
 ibid.
 Alimentum an agat in nostrum corpus, Vallesi
 expositio. ibid.
 Galeni sententia. 82.2
 Alimentum verum & legitimum quâ ratione
 fit dissimile in principio , & simile in fine.
 83.2
 Alimenta futura & veluti alimenta , quantum-
 vis dissimilia sint in principio & toto tem-
- pore quo durant alterationes & elixiones
 quæ celebrantur in nostro corpore , tandem
 subeunt veram & legitimam alimenti ratio-
 nem, quando scilicet jam sunt à viventi re-
 fractæ omnes qualitates activæ , & ipsarum
 vires debellatae , necnon etiam partes excre-
 mentitiae separatae. 83.2
- In Alimentis ad transmutationem non est nece-
 ssaria aliqua qualitas similis. 86.1
 Alimentorum & viventis proportionem per si-
 militudinem explicuit Galenus. 87.2
 Et hanc similitudinem cur dulcedinem voca-
 verit. ibid.
 Alimenta quæ intensissimam habent frigidita-
 tem cur alere non possint. ibid.
 Alimenta quatenus tali formaliter , facultates
 quæ sint. 96.2
 Si in ipso considerentur quas habet priusquam
 omnino sit depuratum , quando scilicet dici-
 tur quasi alimentum , tunc in ipso sunt plus
 res qualitates medicamentosæ. ibid.
 In Alimentis pluribus , quantumvis homoge-
 neis quantum ad sensum , sunt diversæ & he-
 terogeneæ partes diversis qualitatibus prædi-
 tae , eadem tamen formâ informante præfata
 alimenta. ibid.
 In alimentis strictè & formaliter acceptis, inesse
 plures facultates activas , licet in vivens ni-
 hil agant, tenet Recentior quidam. ibid.
 Qui examinatur & refutatur. ibid.& 97.1
 In Alimentis licet nulla sit actio circa vivens se-
 cundum qualitates activas , quia omnes ma-
 nent refractæ & devictæ, nihilominus in ipsis
 perseverent aliquæ qualitates medicamento-
 sa. 97.1
 In Alimentis & in carnis an perseverent qua-
 litates secundæ , & facultates purgatoriaæ.
 97.2
 In codem Alimento sub eadem forma possunt
 inveniri facultates contraria ratione partium
 heterogenearum , et si mixta non sint viven-
 tia , & homogena ad sensum apparent. ibid.
 Alimenta quare habeant diversas qualitates , &
 medicamentosas. 98.1
 Alimentum omne cur debeat esse dulce. 100.2.&
 103.1.& 104.2
 Alimenta amara aliqua sunt frigida & humida,
 aliqua verd calida & secca. 102.2
 Alimentum quod fuerit magis simile corpori nu-
 triendo , erit melioris succi , uberioris nutri-
 menti , & facilioris concoctionis , & distribu-
 tionis. 104.1
 Alimenta facilis aut difficilis coctionis cognos-
 endi modus ex Gal. 104.2
 Alimenta plura ob quid appetuntur. 107.1
 Alimenta aliqua , fructus videlicet & legumina
 plura , cur non indigent præparatione ad
 esum , etiamsi non habeant tantum similitu-
 dinem, seu proportionem ad alimoniam sicut
 carnes , quæ indigent præparatione ut co-
 quantur & nutritant. ibid.
 Alimenta omnia non habent eandem similitudi-
 nem, et si appetantur. ibid.
 Alimenta omnia , an secundum qualitatem cale-
 faciendi sint potentia calida. 108.1
 Contrariae opinionis rationes. ibid.
 Quæ refelluntur. ibid.& seqq.
 Petri Garciae opinio. 109.2
 Doctoris Martinez. 100.1
 Quæ

Rerum Præcipuarum.

Quæ examinantur & improbantur.	ibid.	
In Alimentis propriè & rigorosè potentia calidis, duo sunt necessaria.	111.1	ad auferendum appetitum ejus.
In Alimentis qualitates alimentosæ in ipsis actu sunt.	112.2	ibid.
Alimenta aliqua respectu aliquorum cur sint boni succi, & respectu eorum qui debilem habent calorem, pravi succi.	ibid.	Alimentum quoties sit exhibendum, ex consuetudine & ex labore facultatis desumitur.
In Alimentis passiva & actualis virtus est una.	ibid.	162. 2. & 163.1
In Alimentis facultates activæ in quo gradu existant.	ibid.	Alimenta diversa an potius eligenda.
Alimentorum facultatem ex appetitu esse dignoscendam, quomodo intelligendus Galen.	104.1	164.1. & 2 Vera sententia.
Alimenta etiam si sunt optimi succi, & facilis transmutationis, tamen debent vorari in moderata quantitate, quæ corpori nutriendo, & viribus reficiendis sufficiat.	113.1	165.1 Quæ explicatur.
Alimentorum moderata & necessaria quantitas, regulâ generali determinari nequit.	ibid.	Argumentis pro contraria parte respondet.
Alimenti congruentem mensuram excedere, signa.	ibid.	165.1. & 2
Alimenta in ventriculo eandem sedem toto coctionis tempore non servant, quam obtinuerunt dum ingesta fuerunt.	113.2	Alimenta plura & diversa dum assumuntur in una mensa, quis ordo servandus.
Alimenta sumendi ordo.	ibid.	165.2
Alimentorum regularis cibatio in principio mensa.	114.1	Alimenta crassa ante tenuia non solum sine inconvenienti, verum etiam utilius sumi, quæ rationes probent.
Alimenta sumendi tempus & hora certò statui non potest.	ibid.	166.1
Universalis regula & magis certa.	ibid.	Diversa alimenta dum sumuntur, tenuia ante crassa sunt assumenda.
Alimenta calidiora & secca cur debeat esse hyeme.	117.1	166.2
Qualia esse debeat pro cæteris anni temporibus.	ibid.	Alimenta consueta quomodo dejicient appetitum.
Alimentum ut tale à virtute indicatur. Cum vero Alimentum ratione morbi exhibetur, non ut alimentum est, sed ut medicamentum exhibetur, & indicatur à morbo.	132.2. & 133.1. & 2	534.2
Alimentum quoad modum utendi indicatur ut medicamentum à morbo cum ordine ad vires.		Alimenta dulcia an convenientia in jecoris obstrunctionibus.
Alimentum vero ut tale omnino à viribus indicatur cum ordine ad morbum.	135.1	552.1
Alimenti quantitate quomodo morbi causa augetur.	140.1	Allium.
Et an natura à coctione distrahitur.	140.2	Allij qualitates & proprietates.
Salmanticensium Doctorum sententia, quæ refutatur.	ibid.	120.1
Autoris doctrina.	141.2	Allium cur si exterius admovatur, cutem exulcerat; si autem interius devoretur, viscera minime erodit.
Alimentum sanorum an simile debeat esse temperie ipsius viventis.	157.1	Aloës.
Partis negantis fundamenta.	ibid. 2	Aloës & myrrha licet calida & secca, quæ ratione inducant somnum.
Alimentum ut tale si omni rigore accipiatur, nullatenus debet gaudere aliqua qualitate, alterante.	158.1	366.2
Alimentum sanorum quale esse debeat quoad qualitates passivas.	ibid.	Altumar.
Alimentum sanorum est sub forma pleni aut mediocris, non autem sub forma tenuis.	159.1. & 160.1	Altumaris nomine quid intelligendum.
Alimenti quantitas in sanis metienda est ex cibi necessitate ad reparationem, & ex facultatis labore.	161.1	480.1 Unde accidat.
Alimenti quantitas cur metienda dicatur ex necessitate alimenti ad reparationem, & non ex necessitate reparationis.	ibid.	In Altumare duplex læsionis modus inventur.
